Materialien

zur alten und neuen

Statistik

von

Böhmen.

XI. Heft.

Leipzig und Prag,
bey Kaspar Widtmann 1793.

Division

Erinnerung.

Verschiedene Hindernisse, auch wirkliche Unglücksfälle kamen dazwischen, daß die Ausgabe dieses Heftes verzögert ward. Schon über ein Jahr lag alles, bis auf ein Paar Bogen im Drucke fertig. Auch vom XII. Hefte sind schon einige Bogen abgedruckt. Man wird also doch noch das angefangene Werk, wenn es die Vorsehung anders gestattet, vollständig liefern: damit die Freunde und Gönner dieses Instituts weder über die Herausgeber, noch über den Verleger sich zu beschweren Ursache haben sollen. Prag an der Ostermesse den 1. März 1793.

Inhalt des XI. Heftes.

I. Balbins Verzeichniß der größern und kleinern Reichsbeamten. (Fortsetzung.) S. 1
—— von den Landtagen. S. 159
—— von den Landesständen. S. 205
—— von dem geistlichen Stande. S. 215

II. Miszellen.

1) Von der k. böhmischen Landtafel. S. 3

2) Kurze Biographie Karl Joseph Kitlitzens mit dem Portrait. S. 27.

3) Fortgesetzte Auszüge aus den Landtagsschlüssen von 1638 bis 1656. S. 34

Balbins

Verzeichniß

der

größern und kleinern Reichsbeamten:

als Fortsetzung.

§. XII.

Præsides Cameræ.

Cum *Cameræ Regalis* in *Bohemia* erectio prima, a Rege & Cæsare *Sigismundo* proveniat, ac primum an. 1437 sit instituta, ac deinde bella secuta regias opes attenuarint, non possumus nisi paucissimorum nomina Præsidum adducere; de *Cameræ Magistris* alibi dicemus.

Primus Præses, Wilhelmus Beneda de Neclin Eques 1437 20 Febr. vide *Epitomen nostram.*

Paprocius insinuat *Albertum Schlik* an. 1493 Præsidem Cameræ, & Marchionatus inferioris Lusatiæ Exarchum fuisse. Paproc. in Equit. f. 151.

Apud *eundem Albertus Schlik* (an idem, an, quod probabile, alius) an. 1550, 27 Jan. senex Pragæ occisus, qui Præses Cameræ; sed a *Weleslav.* diserte Albertus de Holegze ad A. 1546. *Cameræ Magister* appellatur, non Cameræ Præses, quæ valde differunt. Idem Paproc. Welesl ad 18. Maij.

Henricus Hlozek supr. Regiæ Cameræ locumtenens constitutus a Ferdinando I. an. 1527. MS. *Winczowsky.*

Udalricus ab Hradek Comes Glacensis 1534 primarius Consiliarius Cameræ, sine dubio etiam Præses. *Titulare.*

Wolff de Wrzezowicz, & in *Daubravomonte* an. 1564. *Welesl.* ad 30 Aug. fuit simul scriba Regni. Obiit an. 1569, 21 Martii.

Joachimus Schlik Cameræ Præses, qui obiit 1572. nonis Januarii.

Joachimus de Schwamberg in Rablłein 1572. *Titulare Regni.* Hic obiit ante annum 1589.

Joannes Senior de Lobkowicz an. 1578. *MS. Roſenſe.*

Ladislaus Junior de Lobkowicz an. 1584 certo præſedit, Ex. L. Criniti.

Jaroslaus de Smirzicz an. 1586 *MS. Roſenſe.*

Joachimus de Kolowrat Novohradsky 1589. *Paproc.* f. 203; 1593. *MS. Pragenſe.*

Stephanus de Sternberg ſucceſſit 1604, fuit Dominus Poſtoloportæ. Ex Præfatione *Poſtillæ Philomathæ*, & *Titulare.*

Abrahamus de Dona 1611 ante coronationem Mathiæ. *Zavieta & MS.*

Wilhelmus Slavata 1612 & 1614. *Ex Sacello S. Wenceslai.* Etiam 1623.

Georgius de Martinicz 1632. *MS. Curiæ Budvicenſis.*

Wolff Wrzeſovecz Comes 1625. Obiit 1634. Probabiliter præponendus eſt Georgio.

Henricus Liebſteinsky de Kolowrat 1641. *MS. Curiæ Budvicenſis.*

Franciſcus de Kolowrat 1643 Camerarius Regni (duorum menſium) Conſiliarius intimus, *Cameræ Aulicæ*, & *Bohemicæ Præſes.*

Henricus Horvora Berka Comes ab an. 1645.

Albertus Krakowsky de Kolowrat.

Aleſs Wratislaw de Mitrowicz.

Poſt hæc *Camera Bohemica* conjuncta eſt *Aulicæ*, & præſedit Viennæ *Dominus Sinzendorff Comes*, *Cameræ Aulicæ Præſes*, cui ſucceſſit illuſtriſſimus *Comes Wratislaw de Mitrowicz.*

Notandum: Etsi Cameram a Sigismundo primum institutam fuisse dixerimus, id ita intelligendum: formatum & ordinatum ab eo officium, & consilium Cameræ, imposito Præside *Beneda*, ut initio dixi, licet pridem fuerint, qui Regiam Cameram procurarint, ut sub Carolo IV. *Thimo* (seu Timotheus) *de Kolditz* Cameræ Præsidens an. 1366 appellatus. Idem prope intelligendum est de *Judicio Cameratico*, quod etsi pridem in Regno fuerit, non tamen ordinatum fuit, neque illi impositus certus Præses, videlicet supremus Regni Præfectus, quod primo factum est sub *Ferdinando* I. an 1531. Ob eandem causam scriptores Judicium Cameraticum a Ferdinando I. institutum dixerunt, datis scilicet legibus certis, quibus regeretur, quas recitat *MS. Codex Wartembergicus*. Ante Ferdinandum I. non semper Præfectus Regni præsidebat, sed proceres diversi; qualem leginus *Petrum de Rosis* Judiciorum Cameræ Præsidem an. 1497 in *MS. Rosenst.*

Weles. ad 25. Julii.

Cruger Paproc.

§. XIII.

Præfecti Aulæ Regum Bohemiæ.

Petrus Magister Aulæ Regiæ subscriptus LL. Cœnobii S. Michaelis Olomucii an. 1268.

Burchardus de Winterberg Magister Curiæ Regiæ sub Rege Wenceslao.

Henricus Lippa apud Regem Joannem.

Wilhelmus Lepus Educator Caroli IV.

Joannes de Berkow (non Berka, ut aliqui putarunt) Caroli nondum Regis, *Præfectus*, qui periit veneno an. 1331 *Lupac.* 31 Martii.

Zbinko Lepus de Hazmburg an. 1357 *Hageh f.* 332.

Hinko de Hazmburg Supr. Curiæ Magister an. 1360. *Epitome noſtra f.* 312.

Petrus de Wartemberg apud Carolum IV. an. 1377. *Paproc. f.* 266.

Henricus cognomento Shopek de Dube, obiit 1395 6 Maj. *Welesl.* & *Lupac.* in Calendariis.

Brzenko de Skala, & Sſwihow Curiæ Præfectus an. 1403. Literæ Sigismundi Regis Ungariæ contra Bonifacium IX. *MS. Roſenſe, Epitome noſtra f.* 412.

Laczko de Krawarz, Magiſter Curiæ Regalis 1409. *MS. Ambraſ.* 1411. *Welesl. f.* 90.

Petrus Zmrzlik de Swoyſſina in *Orlik* Regis Wenceslai. *Welesl.* ad 16 Auguſt. Obiit 1421.

Henricus Ptaczek de Ratage, obiit an. 1444. *Cochlæus in Huſſiticis.*

Georgius de Cunſtat & de Podiebrad, Magiſter Curiæ Regalis 1454. Hodiegow. & MS. Ambras.

Joannes de Hazmburg, Curiæ Magiſter an. 1458.

Theobaldus Hinek de Pirkſtein Præfectus. *Paproc. in Equitibus f.* 40.

Henricus de Straze Magiſter Curiæ Regalis ſub Georgio. *MS. Ambras. Cochlæus f.* 414 & 219 *Tabulæ Hodiegov.* An. 1460 fuit & Grandis Prior. Obiit 1466.

Hinkonem Borzitam de Martinicz Georgii Regis, & Joannæ Aulæ Præfectum facit *Paproc. f.* 232.

Leo de Rozmital Regis Georgii 1465 *MS. Roſenſe f.* 107.

Nicolaus de Horzicz Georgii. Obiit ſenex 1515, 16 Decemb. *Lupac. in Calendario.*

Bohus-

Bohuslaus de Sſvamberg 1473 *MS. Roſenſe, Lomnicius in Epithalamio.*

Albertus Liebſteinsky de Kolowrat, ſub Wladislao Rege Hofmiſter Dworu králowſkého, an. 1502. *Paproc. in Equit. fol.* 207. Poſtea factus ſupremus Cancellarius.

Joannes de Raupowa ſub eodem Wladislao. *MS. Ambras. Bonfinius Decade IV. L. 5. Papr. in Equit. f.* 130.

Brzetislaus (quem *Cuſpinianus in Diario* Proteſilaum vocat) *Sſwihowsky de Rizmberg*, Magiſter Domus Regiæ an. 1515. *MS. Winczkowsky.*

Wenceslaus junior Koſſateczky de Kolowrat, Magiſter Curiæ Regiæ, an. 1523 depoſitus, an. 1525 repoſitus. *Weleslav. ad* 13 *Febr.*

Wilhelmus de Rizmberg Ferdinandi I. Electoris an. 1527, 1530. Obiit an. 1539.

Chriſtophorus Lobkowitz, Curiæ Magiſter, an. 1619.

Radislaus Wchinsky ſenex 1615, 1619.

Czernin Friderici Pseudo-Regis.

Octavianus Wchinsky 1647.

Franciſcus Comes Wchinsky. Nunc eſt Præfectus Aulæ Regiæ. Ultra investigare non potui.

Cæſarum Auſtriacorum hoc ſæculo Aulæ Præfecti quidam.

Jaroslaus Smirziczky Maximiliani II. & Rudolphi II. ab an. 1586, ad an. 1597, quo obiit. *Welesl. f.* 322. vide *Paproc.*

Adamus Dietrichſtein.
Wolff Rampff. } Rudolphi II.
Joannes Trautſonius.
Loſenſtein — Mathiæ Imperatoris.

Leonardus Helfridus Mekau,
Eoque mortuo *Maximilianus*
Trautmannsdorfius. } Ferdinandi II.
Eoque mortuo *Maximilian.*
Princ. de Dietrichſtein.
Princeps *Auerſpergius.* Ferdinandi III. & IV.
Portia Princeps.
Wenceslaus Princeps de Lobkowicz, } Leopold. I.
Joannes Comes de Lamberg,

§. XIV.

Mareſcalli Regii.

Ante omnia ſcire oportet, non eodem tempore, neque ſimul *Regni officia* inventa a Regibus & inducta fuiſſe, quippe alii Reges *Pincernatus*, alii *Dapiferiæ* (uſitatis vocibus utendum eſt) alii Ungarorum more, *Agaſonum* munus, alii *Venationis Præfecturam* induxere. *Ottogarus* Rex III. *Camerarios ſupremos Regni* item *Judices Regni* primus nominavit, & ſtabiles eſſe juſſit. Idem ſecutus videtur glorioſiſſimus Rex Ottogarus V. qui *Mareſcallum Regni Wokonem* de *Roſis* appellavit, & ante ſe enſem ferre juſſit, unde in *Wokonis* effigie ſepulchrali ſub capite jacentis depictus enſis ſpectatur. Fuere, fateor, ante id tempus *Mareſcalli* vel *Marſalci*, ſed ii privati cenſendi ſunt, non Regni Bohemiæ, ut an. 1228 *Woytich Marſalcus Przemislai &c.* Primum igitur ex proceribus diverſi aſſumebantur & *Mareſcalli Bohemiæ* dicebantur; at poſtea Joannes Rex, ut in Mareſcallatu hæreditario dicemus, *Lippæis* hanc dignitatem in perpetuum affixit, quibus perenntibus cognati *Bercæ* eam a Rege Ferdinando

II.

II, obtinuere prærogativam. Et hac quoque linea *Buriani Bercæ* exſtincta, præteritis aliis *Berharum* ramis, collata *Mareſcallatus* dignitas *Trautmannsdorffiis*, an jure hæreditario? iſtud quidem ingenue fateor, ne quid ulli præjudicem, me neſcire. Vide titulum ſupra de *Mareſcallis Regni*.

Hermannus Mareſcallus Sobieslai 1177. LL. Cladrub.

Wok de Roſenberg Mareſcallus Regni & Regis Ottogari, ſimul Capitaneus Styriæ, obiit 1262, 10 Jan. *Welesl. in MS. incerti Authoris.*

Zdislaus a Sternberg, qui ſub Roſenſi Sub-Mareſcallus erat, inde abſolute ab an. 1262. *Mareſcallus*, imo adhuc vivente Wokone legitur *Zdislaus Mareſcallus* in L.L. Margarethæ Reginæ 1259.

Anno 1264 *Henricus de Lippa in Lit.* Pacticum Auſtriacis.

Anno 1267 *Henricus de Lichtenburg* Mareſcallus Bohemiæ.

Henricus filius Smilonis Mareſcallus Bohemiæ 1267. ex *LL. Fund. Frauntal.* idem eſt, qui præcedens.

Albertus de Seberch Mareſcallus Regni Bohemiæ 1289. *Epitome* f. 310; idem alibi vocatur *Marſchalcus Domini Regis. Epitome f.* 295; fuit poſtea *Regii Camerarius an.* 1295.

Wok de Roſis (alius a priore) an. 1307 22 Jan. *Welesl.* fol. 285.

Henricus de Roſis Mareſcallus Regni 1310 obiit.

Simon Mareſcallus Regni Bohem. MS.

Anno 1329 legitur obiiſſe *Henricus Lippæus*, qui diſerte nominatur *Sub-Camerarius Regni Bohemiæ*, ita *Welesl. in Calend. f.* 454. Igitur

Mar-

Marſalcatus nondum erat Lippæis collatus a Rege.

Joannes Bergou, ſeu *Joannes de Bergau.* An. 1331 obiit ultima Martii (ita *Welesl.*) Mareſcallus Curiæ.

Circa hæc tempora ab *Joanne* Rege hæreditaria Mareſcalli dignitas *Lippæis* eſt data, primusque ad an. 1336 legitur *Henricus Lippæus* Mareſcallus, ut alibi diximus.

Sequuntur nomina Mareſcallorum (non *Regni*) ſed *Regum Bohemiæ*, quæ colligi potuerunt.

Otto de Raupowa A. 1348. *Paproc. in Baron.* f. 336 Joannis Regis.

Bohuslaus de Welhartícz 1369. *Paproc. in Baron.* f. 266.

Joannes de Lobkowicz, Zaſadæ Dominus, Wenceslai Cæſaris. *Paproc.* f. 119 an. 1390.

Joannes de Welhartícz (ſeu de Nova Domo) reſidens in Welhartícz an. 1412. *Paproc.* f. 45.

Dionyſius de Talmberg an. 1459 LL. *Chladrub.*

Nicolaus de Landſtein, ſcriba Regni, ac ſimul Mareſcallus Aulæ Regiæ ſub Georgio Rege 1469. *Paproc.* f. 53.

Joannes de Rizmberg Sſwihovius, Ludovici, aut Wladislai Regis Mareſcallus an. 1476. Apud Ludovicum dicunt eum fuiſſe *Camerarium. Memoriæ Sſwihovianæ.*

Henricus Straza.

Hinko Borzita de Martinicz, Georgii Regis, & Johannæ Reginæ Aulæ Præfectus, ſub Ludovico Rege Mareſcallus. *Paproc.* f. 232. Timeo, ne confundatur cum illo, qui ſæculo ſequenti ponetur.

Wil-

Wilhelmus de Perenſtein & in Helffenſtein, ſupr. Mareſcallus Regni Bohemiæ an. 1483. *MS. Roſenſe.* Suſpicor errorem ſubeſſe.

Nicolaus de Zdiar, Wladislai Regis Mareſcallus, obiit 1513, 20 Auguſt. Jacet in Carlow. *Paproc.* citat *Lupacium*, qui putat illum fuiſſe Caroli V. Imper. Mareſcallum *f.* 74 *in Equit.*

Petrus Raſſinius. (*Paproc. in Spec. Moraviæ f.* 414) Obiit 1537.

Hinek Borzita de Martinicz Mareſcallus Curiæ Regis 1546. *MS. Wartemberg.* Fortaſſe per errorem huc ponitur, collocandus ſub Rege *Georgio* & *Ludovico.*

Ladislaus ſenior de Lobkowicz Dominus in Chlumecz 1548. *Welesl.* 20. Jan. 1556, 15 Apr. *Weleslav.* Adhuc fuit 1562, obiit poſtea 1584 18. Decemb. ſupr. Camerarius. *Welesl.* & *Herbar. Hagek.*

Jaroslaus Smirziczky de Smirzicz ab an. 1570 ad 1586. *Welesl. ad* 29 *Maji.*

Wenceslaus Berka 1594, *Acta Ratisbonenſia.* Qui obiit an. 1600, vel ſequenti.

Adamus de Sternberg factus an. 1597. *MS. Cuttnenſe.*

Wilhelmus Slavata 1604. *Acta Pappenheimiana.*

Adamus de Waldſtein initio hujus ſæculi,

Jaroslaus de Martinicz an. 1614, & 1615.

Wenceslaus de Sternberg.

Fuerunt etiam in antiquitate noſtra *Submarſcalli*, ut *Zdislaus* 1262. Sub. LL. Litomieric. & 1272 rurſus idem *Zdislaus* in Litomier.

Drzlaus Sub-Marſcal. 1262.

§. XV.

§. XV.

Iudices Curiæ Regalis.

Adalbertus Iudex Curiæ 1237. Sub *LL. Cladrubienſibus.*

Ioannes Ctibor de *Stochowa* Sudi Při králowſkých an. 1250. *Welesl.* 1. *Novembris.* Occiſus an. 1251. *Idem Welesl.* 29. *Decembris.*

Pomenus ſummus Aulæ Regiæ Judex 1253. Sub LL. Mag.

Ienczo (*Czenko*) *Iudex* Curiæ Regalis 1337. Secundo Zdislai P. 1. & an. 1340 *Tabulæ Regni.*

Hinek de Waldſtein an. 1345. *Paproc. f.* 227.

Zdienko de Sternberg Iudex Regalis Curiæ an. 1354. *Epitome f.* 388.

Ioannes de Hazmburg an. 1361. Iudex Curiæ Regalis. *MS.*

Borſso de Oſek Iudex Curiæ Regalis an. 1365. *Tabulæ apud Hodiegovium.*

Beneſs de Libieſsicz dictus *Sskopek* (familiæ Berkianæ) Iudex Curiæ Regalis an. 1383 & 1388. *MS. Ambraſ.*

Brzenko de *Skala*, reſidens in Sſwihow, Iudex Curiæ Regalis an. 1396 & 1397. *Ambr.* 1404. *Ambras.* ſæpius *Tab. Hodiegov.* 1406. *MS.* 1407. *Tab. Regni.*

Albertus de Koldicz Iudex curiæ an. 1408. *MS. Ambras.* & an. 1409. *Albertus* de *Koldicz* & de Bilin Iudex Tabularum curiæ Regalis *MS. Ambras. in oct. MS. Ambras.* de Kolodeg appellatur ad an. 1410. Nihilominus *Ladislaus* de *Krawarz* an. 1411 ponitur Iudex Curiæ Regalis a *Welcslamino ad* 16 *Februar.*

Purkhardus Strnad de Ianovitz Iudex Curiæ Regalis ſub Rege & Cæſare Weuceslao. *MS. Ambr.*

Ioannes de Hazmburg & Koſti 1458 Compoſitor Litis inter *Novodomenſes* 1459. *Welesl. ad* 27. *Decembr.* 1460. *MS. Ambras.* Obiit 1465. *Welesl. f.* 405. Fuit factus an. 1445. *Tabul. Regni*: & adhuc fuit 1462. *Papr. f.* 86.

Georgius Berka 1486. Conſiliarius antiquiſſimus factus ſupr. Iudex 1496 *Tab. Regni.*

Iaroslaus Berka de *Duba* & *Lippa.* Conſiliarius antiquiſſimus ab an. 1469, poſtea ſupr. Iudex curiæ Regni.

Zdenko de Rozmital Iudex curiæ Regalis an. 1496. *Paproc. f.* 83.

Henricus de Kolowrat Dominus in Krakowetz, factus an. 1504. *Tabulæ Regni.*

Wenceslaus Pezdruziczky Dominus in Kosſatecz 1512 Relator in Comitiis, depoſitus 1523. *Welesl. ad* 13 *Febr. an.* 1523, (niſi alius fuerit hoc nomine) ita *titulare Regni.* Fuit repoſitus 1524. *Tabulæ Regni.*

Ioannes ſenior de Sſwamberg 1533. *Tabulæ Regni.*

Ioannes ſenior de Lobkowicz in Zbiroh 1542. *Welesl. f.* 21 *ſeu ad* 11. *Ian.* Fuit jam 1539. *Tab. Regni.*

Henricus ſenior de Sſwamberg, Dominus in Zwikow & Bechin, an. 1545. *MS.* 1548. *Acta Ferdinandi I.* liberatus officio deceſſit an. 1547.

Adamus de Sternberg Dnus. in viridi monte an. 1549. *Tabulæ Regni.*

Adamus de Sſwamberg D. in Prczda 1560. *Tabulæ Regni,* & an. 1562 Pragæ in coronatione *Maximiliani II.* & 1542. *Titular.*

Ioannes de Waldſtein in Seczicz an. 1577. In funere *Maximiliani II. Tabulæ Regni.*

Georgius de Martinicz an. 1584. *Tab. Regni, & liber politiæ Welesl.*

Wenceslaus de Rziczan Horzovicii Dominus an. 1594.

Wolff Novohradsky de Kolowrat 1594. *Tabulæ Regni.*

Adamus de Sternberg an. 1597. *Tab. Reg.*

Christophorus de Lobkowicz Iudex Curiæ factus an. 1603.

Ioannes Georgius de Swamberg an. 1603, & 1604 Dominus in Worlik. *Tab. Regni.*

Ferdinandus Burgravius de Dona an. 1609. *Tabulæ Regni.*

Ioannes Sezyma de Austi, Præcisor an. 1610. *Tabulæ Regni.*

Wilhelmus Slawata de Chlum & Kossumberg factus est an. 1611 & 1612. *Tab. Regni,* & adhuc fuit 1615.

Henricus Comes de Turn circa 1617. *MS. Slavatinum.*

Petrus de Swamberg in Worlik & Ronsperg sub Rebellione an. 1620.

Henricus Liebsteinsky de Kolowrat in Buchowicz 1623 & 1624. *Tab. Regni.*

Wilhelmus de Lobkowicz in Bilin & Berzkowicz 1628. *Tab. Regni.*

Ioachimus Udalricus Slawata de Chlum & Kossumberg an. 1636. & 1638. *Tab. Regni.*

Hermannus Czernin Comes de *Chudenicz,* an. 1645. *Tab. Regni.*

Henricus Wolff Berka Com. Howora de Dube & Lippa an. 1649. *Tab. Regni.*

Christophorus Ferd. Popel de Lobkowitz an. 1651. Ex Iudice Curiæ factus Præfectus Regni.

Ferdinandus Comes Slawata 1652.

Ioannes Ioachimus Comes Slavata de Chlum & Koſſumberg an. 1672.

Ioannes Franciſcus Comes de Wrtbna & Freudenthal an. 1685, 3 Maij.

§. XVI.

Summi Pincernatus officium hæreditarium familiæ Dominorum de Wartemberg. *)

Advertendum eſt in antiquitate multos *Pincernas Regum* inveniri, ſed non hæreditario jure, quod primum *Ioannis Regis* beneficio anno 1337 *Wartembergii* honore hæreditario ſunt conſecuti. Diploma ipſum Regiæ conceſſionis recitat *Paproc.* in Wartemberg. f. 360, ex quo intelligimus dignitatem *Pocillatoris* non fuiſſe vacuam, ſed bene dotatam, certis cenſibus ſtabilitam, qui ibi enumerantur, teloniis, & villis quibusdam &c. locupletatam.

Ioannes Dei gratia &c.

" Notum facimus tenore præſentium, ad excitandum officiales noſtros quoscunque, ut eorum quemlibet ſuo frequentius invigilare delectet officio, in juribus ſui officii temporibus prædeceſſorum noſtrorum feliciſſimæ memoriæ Regum Bohemiæ factis & habitis plenius & gratioſius cupientes &c. Informati ſiquidem Regni noſtri ſeniorum Nobilium, & Conſiliariorum noſtrorum relatione veridica, hæc, quæ ſcribuntur ad ſummum noſtrum *Pincernam* e jure, & ex probata conſvetudine, temporibus felicis memoriæ *Domini Wenceslai Regis Bohemiæ* Soceri noſtri chariſſimi, & pridem

*) Typis jam editum eſt cap. iſtud in miſcell. Dec. II.

dem antiquitus pertinere videntur, quod nimirum universæ & singulæ tabernæ *civitatis Pragæ*, & quævis earum de una quaque Praxatura unum solidum nummum (quorum septuaginta, cum novi fuerint, in veteratorum octoginta unum lotonem argenti faciebant) dare ipsi nostro *Pincernæ*, & solvere tenebantur, & tenentur. Præterea in *nova Boleslavia* telonium, & duas villas, scilicet *Postrzichny & Kozarowicz*, cum eorum pertinentiis, utilitatibus, fructibusque quibuscunque, insuper quod nullus in Regno nostro Bohemiæ tabernas admittere potuerit, nisi ipse, exclusis *Popravconibus* quatuor provinciarum ad beneficium *Pragense* spectantium, qui tabernas in his districtibus admittere poterant, & tenere, & quod circumquaque ab omnibus *civitatibus Regni nostri Bohemici* nullam tabernam tenetur admittere infra spatium milliaris, omnesque *officiales* vinum & lagenas pertractantes, ad prædictum officium pertinentes & spectantes suis mandatis parere & intendere plena reverentia teneantur; his itaque omnibus, & singulis præauditis singulariter & pensatis, eorum quodlibet approbantes, & confirmantes pro tanto & tali officio expedire arbitramur. Considerantes igitur legalitatem fidelis nostri *Wenceslai de Wartemberg* bene meriti, sibi ipsiusque hæredibus legitimis prædictum officium *Pincernatus*, cum omnibus & singulis utilitatibus & proventibus expressis superius, duximus conferendum, promittentes pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, quod ipse *Wenceslaus de Wartemberg* suique hæredes legitimi in prædicti officii utilitatibus, fructibus, proventibus, & pertinentiis nullo tempore, nec ullo modo impediri debebunt, imo impedi-

mentis

mentis remotis quibuslibet, in iisdem conservari firmiter & gratiosius confoveri &c. Datum ut supra 16. Calend. Junii 1334.

Ex hisce Regiis literis apparet, *Wartembergicos* adhuc ante *Ioannem Regem* aliquod *Jus* ad officium *Archipincernatus* in Regno Bohemiæ habuisse.

Enumerabo hoc loco vetustos *Pocillatores* in honorem antiquitatis, quos hinc inde magna diligentia ex literis Regum collegi, postea *Wartembergicos* cum hæreditario Jure adducam.

Pincerna Dluhumil an. 1177. subscriptus literis Cladrubiens. Monasterii.

Pincerna Sezema an. 1187.

Pincerna Martinus an. 1213 sub Policensibus literis.

Jaross Pincerna an. 1238. Literæ Cladrub.

Czech Pincerna aulæ regiæ an. 1253.

Pincerna Ulricus an. 1261 subscriptus literis Cathedral. Ecclesiæ Pragensis.

Pincerna Gallus subscriptus lit. Wisehrad. an. 1268.

Pincerna Wolchmarus. Subpincerna Onsso an. 1277. Sub Litomiericens.

Jaroslaus de Sternberg Pincerna 1284. Epitome nostra f. 312.

Ioannes de Michelsberg, Pincerna regni an. 1289. Epitome nostra f. 295.

Ulricus de Rziczan Pincerna Regis. Obiit an. 1318. *Goldast.* in Beylag. N. 23.

Benes de Wartemberg Pocillator (sed non hæreditarius) an. 1318. Epit. nostra f. 323 & 328.

Jam ad *Wartembergicos* me converto *Ioannis Regis* beneficio perpetuos & hæreditarios regni *Archipincernas*. Non ego hoc loco genea-

logiam *Wartembergicorum* percenſebo; in ſtemmatographia locus illi ſervatur.

Benedictus, ſeu Beneſs de Wartemberg, qui etiam fuit *Burgravius Pragenſis*, & habuit conjugem *Annam de Potenſtein*, Zampachianæ ſtirpis, mortuus eſt an. 1337 relicto filio Wenceslao.

I. Pincerna Wenceslaus

Wenceslaus filius Beneſſii, *Dominus de Wartemberg* hæreditarius *Archipincerna* poſt mortem patris an. 1337.

II. Wanko.

Wenceslai hujus filius *Wanko* paſſim vocatus jam an. 1352, erat *Pincerna*, & ultra an. 1361, ut habet *Paproc.* f. 51, & 265. Fratres habuit *Jaſkonem* ſeu *Ioannem*, & *Beneſſium* de *Wartemberg*, Dominus in *Dienin*, ex quibus *Beneſs* erat aulicus imperialis Pincerna Caroli IV. & obiit 1369.

III. Jaſsko.

Jaſsko ſeu *Ioannes de Wartemberg*, *Dominus caſtri Warta* ſeu *Dieczin*, ſeu *Teczen*, de quo in libris erectionum ad an. 1395, & 1407, & 1408. Fuit *ſupremus Pocillator Regni Bohemiæ*. Obiit inter an. 1408 & 1413. Uxorem habuit primo *Margaretham* de *Greiffenſtein*, ſeu de *Dona*, quam ob conſanguinitatem coactus eſt repudiare an. 1394. Duxit ſecundo *Annam de Welhartic̃* Baroniſſam, origine procerum de *Nova Domo*.

IV. Sigismund9

Sigismundus I. de Wartemberg, *Dominus in Dieczin*, *ſupremus Pocillator regni Bohemiæ*, filius *Domini Ioannis* vel *Iaſkonis*, ita in libris erectionum an. 1418, & 1415. Uxor *Margaretha de Kekerzic̃* Baroniſſa. Frater ejus *Ioannes*, qui obiit an. 1450 relictis filiis, Sigismundo, & Chriſtophoro, ut habet *Paproc.* f. 275.

V. Beneſs.

Beneſs de Wartemberg, Dominus de *Zakupi*, *Archipincerna* an. 1465, ita ex literis *Wladislai Regis*, cum *Georgius Podiebradius* eligeretur

Gu-

Gubernator Bohemiæ, *Benessius* adhuc *Pincernæ* non fuit, ut patet ex *Paproc.* fol. 189.

Sigismundus II. (primusne, an secundus, dubitatur) *de Wartemberg*, *supremus Pincerna* regni Bohemiæ, filius *Benessii de Wartemberg*, *Exarchus*, seu Gubernator *Lusatiæ* an. 1491. Uxor prima *Elisabeth de Cunstat*, quæ obiit 1492. Uxor secunda *Hedwigis ducissa Glogoviæ & Sagani.* Paprocii gravis est error, qui addit ei *Catharinam Münsterbergicam* uxorem, sororem *Caroli Ducis*, cujus errorem alibi refutabo, quia cum chronologia pugnat. VI. Sigismund. II.

Sigismundus de Wartemberg, ex Hedvige ducissa Glogovienſi genuit *Christophorum I. supremum Pocillatorem* reg. Boh. qui habuit uxorem *Elisabetham Dominam de Cunstat.* VII. Christophorus

Christophorus II. Dominus de Wartemberg, *supr. Pincerna* regni Boh. an. 1537. obiit, qui nullam conjugem habuit; post cujus mortem frater ejus *Procopius de Wartemberg supr. Pocillator* regni Boh. succeſſit. De cujus *Christophori patre & matre*, qui fuerint, an *Sigismundus I.* an *II.* an *Benessius*, non possum definire. VIII. Christophorus

Procopius de Wartemberg supr. Pocillator regni Boh. Uxorem habuit *Annam de Holhausen*, quam duxit an. 1514. Porro *Procopius* mortuus est an. 1561 relictis 4 aut 5 filiis, & duodecim filiabus. IX. Procopius.

Henricus Procopii filius primogenitus, fuit post patrem *supr. Pocillator* an. 1562, & 1572, item 1577 & post hunc annum paulo post decessit sine liberis, etsi conjugem habuerit *Catharinam de Wisen*, Lusaticæ stirpis. Ei succeſſit X. Henricus.

Abrahamus Procopii secundogenitus filius, *Dominus Kemnicii & Zwirzeticii* (jam enim Wartembergici vendiderant arcem suam Dieczin) XI. Abrahamus.

Natus an. 1530, fuit *supr. Pincerna*, & obiit an. 1587. Cui succeſſit

XII. Henricus II. *Henricus II. Zwirzeticzky* de *Wartemberg*. *Supr. Pincerna* vocatur in titulari ad an. 1589. Videtur fuiſſe *Abrahami* filius, quia fratres *Sigismundus*, *Ioannes*, & *Procopius* ſine liberis obiere. *)

XIII. Carolus. *Carolus de Wartemberg*, cum *linea Abrahami* periiſſet, ſucceſſit *Supremus hæreditarius Pincerna*, Regni Boh. Uxor *Catharina Comitiſſa de Mansfeld*, quæ valde ſenex obiit. Vidi ego illam vegetam vetulam, adhuc an. 1634. Notandum diligenter, hunc *Carolum* filium fuiſſe Domini *Adami de Wartemberg*, & Dominæ *Helenæ de Martinicz*, avum autem illius fuiſſe *Ioannem Dominum de Wartemberg*, *ſupremum Burgravium Pragenſem*, qui natus eſt an. 1480, virum maximæ dignitatis & authoritatis apud *Reges*, *Wladislaum*, *Ludovicum*, & *Ferdinandum I.* Avia fuit Domini Caroli *Veronica Leskovecziana*, quæ obiit an. 1537. Abavus fuit *Chriſtophorus I. de Wartemberg*, & Abavia Domina *de Cuniſtat*; Tritavus *Sigismundus II. de Wartemberg*, & Tritavia *Hedvigis Glogoviæ & Sagani Duciſſa*.

XIV. Joannes filius de Caroli. *Ioannes Georgius Dominus de Wartemberg*, *ſupr. Pocillator* Regni Boh. Hic in coronatione *Mathiæ imperatoris* an. 1611, ſuum munus geſſit, & poſtea etiam in coronatione *Ferdinandi II.* an. 1617, 29 Jun. Poſtea adhæſit *Friderico Palatino*, *Pſeudo-Regi Bohemiæ*, eique in *Bohemiam* venienti Egræ *Ziſſcæ* enſem obtulit; cum *Friderico* extorris factus, duxit *Sabinam*, *Ottonis Henrici Palatini in Sulczbach*, & *Dorotheæ* fil. Chriſtophori Ducis Wirtembergici, filiam an. 1622.

*) Hæc poſtrema deſunt in editis.

1622. Post *Fridericum* desertum adhæsit *Svecis* & cum grande poculum vini pro felicitate *Coronæ Sveciæ* hauriret, repentina morte sublatus est.

Otto Henricus frater *Ioannis Georgii;* ex qua stirpe conjugem habuerit, ignoratur, sed nullos posteros reliquit. Permansit semper fidelis *Ferdinando II.* Audivi eum occisum esse una cum conjuge ab hæreticis subditis, quos ad catholicam fidem conabatur adducere, & hic ultimus *Wartembergicorum* fuit. Post familiæ totius *Wartembergicæ* exstinctionem Ferdinandus II. XV. Otto.

Wilhelmum Slavatam, domui Austriacæ fidelissimum, *Pocillatorem Regni Bohemiæ* constituit, ejusque posteros omnes hac hæreditaria dignitate exornavit, dato *diplomate* Pragæ an. 1627, 16 Decemb. quod in originali asservatur Novæ-domi, ut ipse vidi. XVI. Wilhelmus Slavata.

Fuit autem munus *Pincernarum*, in *coronationibus Regum* vasculum vini inauratum, vel etiam duo vini albi & rubri vascula (in quam rem rogatus aliquis ex majori nobilitate auxilium *Pocillatori* præstabat) deferre, & ad altare regis coronandi nomine deponere, ut factum vidimus in coronatione regis Ferdinandi IV. an. 1646, postea ad mensam regiam ministrabant, & potum primum regibus offerebant.

Mortuo *Wilhelmo* Pincerna regni fuit ejus filius *Adamus Paulus Slavata*, quo etiam ad plures abeunte. XVII. Adamus.

Ferdinandus Guilielmus Comes Slavata Pocillatoris titulum & officium gessit. Fratre Ferdinando exstincto, hodie *illustrissimus & excell.* *Comes Ioachimus Slavata* hoc munus gerit. Plura de *Wartembergicis*, quæ moveri possent, ad- XVIII. Ferdinand. XIX. Joachimus

Slavata. ferentur in *stemmatographia*, si Deus vitam prorogarit.

Notandum, *Paprocium* ad an. 1397. f. 304 collocare *Wenceslaum de Augezdecz Pincernam* Regni Bohemiæ, sed male; nam is non fuit *Regni*, sed ipsius *Regis* Pincerna, ut ex LL. ipsis Wenceslai probare possumus. Ejusmodi hallucinationes plures in Paprocio leguntur.

§. XVII.

Dapiferi Regni Bohemiæ hæreditarii ex familiæ Hazmburgica. *)

Dapiferorum dignitas diu *ambulatoria* fuit, & ad Regum arbitrium, modo huic, modo illi Dominorum stirpi conferebatur, donec in familia *Hazmburgica*, *Ioannis Regis* favore, hæreditario Jure consedit, ut mox dicemus.

At prius *vetustiores Dapiferos*, quos in Regum literis subscriptos magno labore collegimus, referemus.

Antiquissimus, quem invenire potui, est *Cuno Dapifer* LL. Reyhradensibus subscriptus anno 1048.

Matthæus Dapifer an. 1157 sub LL. Wissehradensibus.

Witko Dapifer an. 1177 sub LL. Cladrubiensibus.

Diviss Dapifer an. 1213 sub LL. Policensibus.

Henricus Dapifer, & Cojata Sub-Dapifer an. 1222. sub LL. Wissehradensibus.

Sobislaus Dapifer an. 1238. sub LL. Cladrubiensibus.

Di-

*) Typis vulgatum habetur in Miscell. Dec. II.

Diwiſs Dapifer an. 1262. ſub LL. Litomeric. & 1268. ſub LL. Wiſsehradenſibus. Idem Diwiſs fuit adhuc Dapifer an. 1272. ſub LL. Litomiericenſibus.

Hermannus de Duba Dapifer ſubſcriptus literis obedientiæ & fidelitatis Regi Wenceslao præſtandæ an. 1284.

Hinco Dapifer an. 1278. ſub LL. Dominorum de Biberſtein.

Hos ſolos in antiquitate *Dapiferos* inveni. Jam ad *hæreditarios Dapiferos* veniamus.

I. Wilhelmus.

Primus *Zbinko V.* ejus nominis, in ſtirpe ſua vetuſtiſſima *Wilhelmi I.* magni militiæ ducis (qui ob peregrinationes *Transmarinus* eſt appellatus) filius, arcem ſuam *Zebrak*, cui Rex Ioannes inhiabat & imminebat maxime, ultro & ſponte regi an. 1336, vendidit; cumque eo facto maximam apud regem gratiam iniiſſet, pecunia recuſata, *Budina*, quæ nuper adeo *Templariorum* equeſtri ordine deleto, in regis ditionem venerat, decedi ſibi petiit, impetravitque, tum illud præterea additamentum, ut *Præfectura menſæ Regiæ*, & *dapum deferendarum* hæreditario jure familia ſua exornaretur. Conceſſit utrumque *Ioannes* Rex, & publico decreto, patre mortuo, *Carolus* filius an. 1350 confirmavit. *Zebracenſi* vero arce (quæ etiam *Mendicus* in veteribus MS. dicitur) mirum in modum delectati reges Lucemburgici, ob amœniſſimum loci ſitum, cœli ſalubritatem pluresque alias viciniæ dotes, alteram arcem in alto præcupto ac prope in acceſſo monte condiderunt, cui *Wenceslaus Cæſar* & *Bohemiæ Rex* nomen indidit *Tocznik*, propterea quod aliter mons ſuperari non poſſit a viatore, niſi multo circuitu, ut facile ter aut quater

præſidiariis ſeſe offerre, & ſub ictum venire cogatur; hæc arx viciniam omnem hodieque defendit, at illa prior, quam Zebrak vocari diximus, tota in ruderibus ſtat, aut jacet potius, quam *Ziska* cum ſuis an. 1420 evertit & flammis corrupit.

Primus itaque in hæreditaria *Dapiferi* dignitate Regni vixit *Zbinko*, cui etiam Carolus imperator ſupremi Camerarii munus adjecit. Obiit heros inclitus an. 1368, 31 Decemb.

II. Wilhelmus. *Wilhelmus* in familia ſua ejus nominis III. Zbinkonis natu major filius hæreditatem dignitatis paternæ adivit, in eaque ad ſæculi illius annum 1380 (non ut *Crugerius* poſuit 1393) ſumma cum gloria vixit, felicitate prolis a Deo dignatus; quippe ex *Annâ de Lobkovicz* quinque aut ſex prolibus, quæ ſummam familiæ gloriam conciliarunt, ſuſceptis, genuit inter alios laudatiſſimum illum Præſulem Pragenſem *Zbinkonem*. Quibus de rebus L. 5. Miſcellaneorum multis in locis egimus, vitamque ipſam Zbinkonis L. 4. Miſcell. conſcripſimus. Obiit plenus gloria *Wilhelmus* an. 1380, 22 Sept. ut *Lupac.* & *Welesl.* conſentiunt.

III. Ulricus. *Ulricus* in ſtirpe ſua hujus nominis VII. *Wilhelmi III.* filius; quamdiu hæreditatem familiæ geſſerit, non ſatis conſtat. *Crugerius* ſuſpicatur, obiiſſe Ulricum circa an. 1408.

IV. Nicolaus. *Nicolaus* tertiogenitus *Wilhelmi III.* filius (nam Ulricus frater ſenior jam deceſſerat) jure ætatis (quæ perpetua lex in hæreditariis honoribus Procerum Regni fuit) *ſupremi Dapiferi* munus adiit. Veteres *Hazmburgicorum* memoriæ eum Regi *Wenceslao*, dum ſaperet, gratiſſimum, & mire gratioſum, atque ideo au-

thori-

thoritate & potentia apud omnes validum significant. Vita excessit Nicolaus an. 1425.

Wilhelmus, Wilhelmi IV. (qui Ulrici & Nicolai frater erat) filius, nullo adversante, & litem movente *Dapiferi* honorem obtinuit. Vir hectorei pectoris: in hussiticis bellis strenuam rei catholicæ navavit operam; quo stratagemate Slanam regionalem & potentem id temporis urbem occuparit, narratur in historiis; per hujus herois facinora maxime effectum videtur, ne *Sigismundus* imperator patrio regno omnino excideret. Obiit Wilhelmus an. 1441. V. Wilhelmus.

Zbinko ejus nominis VIII. *Wilhelmi V.* maximus natu filius, post patris mortem *Dapiferi* dignitatem gessit. Ejus meritum in *Fridericum III.* imperatorem celebratur maxime, quod eum a suis subditis civibus Viennensibus obsessum, contra imperatoriam majestatem prope captivum, periculo exemerit inter præcipuos bohemici exercitus duces. Obiit vir militaris an. 1463. VI. Zbinko.

Nicolaus II. Nicolai I. Dapiferi filius, (quod Zbinko sine hæredibus obierit) cum dignitate *supr. Dapiferi*, arcem *Hazmburg* tamque illam ditionem hæreditate adivit; filii quoque ejus *Ioannes I. & Ulricus*, singuli ex hæreditate patrui *Zbinkonis* quadraginta millib. sexagenarum, ita patruo ultima voluntate statuente, sunt donati: obiit Nicolaus circa annum 1470. VII. Nicolaus.

Ioannes Nicolai II. major natu filius summus regni *Dapifer*, insuper *Judex* Curiæ Regum *Georgii & Wladislai*, postea etiam *supr. Regni Judex*, an. 1463, & annis sequentibus, denique probitatis & doctrinæ merito *supr. Cancellarius* an. 1473 evasit. Ejus laudator præci- VIII. Joannes.

cipuus fuit *Bohuslaus Lobkovicz*, ut in Tomo II. ejus operum legimus. Uxorem nobiliſſimam *Annam*, Oppavienſis Ducis filiam, ſuæ ſtirpis ultimam, duxit an. 1461. (1451) ex qua *Nicolaus III. Ioannes II.* (uterque ſucceſſu temporum Dapifer) *Agnes*, *Zdenkonis de Sternberg* Regni Burgravii uxor, aliique liberi ſunt geniti. Obiit Anna mater an. 1474. Ipſe vero *Ioannes* ter eques aureatus ob militarem virtutem an. 1495. Hæc omnia ex ejus epitaphio Budinæ in templo in marmore notata deſcripſi. Habetur etiam ejus vita ab ipſo *Ioanne* conſcripta in *Bibliotheca Viennenſi Cæſarea*, ſed elegans & tanto heroe dignum Epitaphium, Ioanni confecit ſimillimus illi virtute & doctrina *Lobkoviczius*, ut ante dixi.

IX. Nicolaus.

Nicolaus III. Ioannis I. filius ſenior a morte parentis ſummus *Dapifer*, vix anno unico geſſit dignitatem; exceſſit enim e vivis an. 1496.

X. Wilhelmus.

Wilhelmus Ioannis I. alter filius annis tribus *Dapifer*, obiit an. 1499.

XI. Joannes.

Ioannes II. Ioannis I. tertiogenitus filius omnium ſuorum diutiſſime *Archidapiferi* dignitatem obivit; ſiquidem ab an. 1499 usque an. 1553 vitam produxit, & *Dapiferi* titulum annis 54 geſſit; conjugem nobiliſſimam habuit *Margarethan Münſterbergicam* filiam *Caroli Ducis Münſterbergenſis Comitis Olsnicenſis*, & *Glacenſis*, Bohemiæ Gubernatoris, ex *Saganenſi Duciſſa* genitam, quæ obiit an. 1551, quam poſt annos duos ſecutus eſt ſenex maritus, magnæ vir authoritatis apud reges, an. ſcilicet 1553, relictis quatuor melioris ſexus liberis *Wenceslao*, *Nicolao*, *Georgio* & *Chriſtophoro*.

XII. Wenceslaus.

Mortuo *Ioanne II. Dapiferi* dignitatem adivit *Wenceslaus Lepus de Hazmburg*, non alio,

quam

quam ætatis privilegio, cum esset *grandis Strakonicii Prior* equitum Melitensium; habuit is patrem *Christophorum de Hazmburg*, Avum vero *Wilhelmum I.* quem decimum in Ordine Dapiferum posuimus. Obiit *Wenceslaus* 1578.

XIII. Nicolaus.

Nicolaus Ioannis II. primogenitus filius patruum (*patrem* in edit.) *Wenceslaum* in dignitate secutus est; uxores habuit duas, primam *Salomenam* de *Ianovicz*, procerum (*Spetliorum* in edit.) stirpe, quæ sine prole an. 1567 diem clausit extremum. Secundam *Annam de Lobkoricz*, quæ ei genuit *Hedvigem & Ioannem*; ipse vero vita excessit an. 1585.

XIV. Wenceslaus II.

Wenceslaus II. Ioannis II. tertiogenitus filius, mortuis jam *Christophoro* (an. 1572.) & *Georgio I.* (an. 1580.) tanquam, qui ætate omnes præiret, *Dapiferi* munus gessit aliquot annis; obiitque an. 1591.

XV. Wilhelmus II.

Wilhelmus II. Georgii I. (quem Ioannis II. Num. XI. filium fuisse diximus) filius ex *Præxede Liczkiana de Ryzmburg* genitus, multos habuit fratres, ut *Ioannem*, *Wenceslaum*, &c. Sed omnibus his in pueritia exstinctis, ipse unicus filius & senior familiæ ad se jure hæreditario devolutum munus suscepit, sed paulo post morte secuta an. 1598 amisit, familia jam ad pauciſſimos redacta: ex conjuge enim sua *Elisabetha de Martinicz*, *Ioannis junioris* Domini in *Wokorz* filia, nullam prolem suscepit, ægrotans perpetuo, vita excessit an. 1598, natus 1568, ut habet *Paproc.*

XVI.

Ioannes Zbinko de Hazmburg ex *Anna* de *Lobkovicz*, ut dixi, unicus filius, sanguinis & omnium ditionum & honorum hæres, *Paprocii* summus patronus, quem is pro eo ac merebatur, a doctrina, virtute, & religionis catholicæ

licæ ſtudio & denique a magnificentia (ampliſ-
paproc. in Hazmburg. ſimis arcibus velut e fundamento excitatis, arce in *Miſſeno*, in *Hoſtienicz*, in *Brozan* & domo magnifica in parva *Praga* exſtructa) ſummopere commendavit. Fuit egregie literis humanioribus excultus a noſtris prius Pragæ, deinde Dilingæ. Iura etiam Ingolſtadii audivit, & *Appellationum* in regno Præſes a *Cæſare Rudolpho* creatus, ex conjuge, lectiſſima ſtirpe, *Minquiciana* duos filios, & filiam unicam genuit, demum fato conceſſit an. 1616.

XVII. *Ioannes, Ioannis Zbinkonis* major natu filius paterna maxima hæreditate, quam pater totam fere dilapidaverat, aut ædificando conſumpſerat, (ſed magis *Alchimiæ* inſano ſtudio, qua nec ipſi *Cæſari Rudolpho* concedere gloriabatur) exutus, fortunam literis quæſivit, ſed neſcio, quem impulſorem ſecutus, ad militiam ſe ſe contulit, & bene primum res procedebat: nam a pedite gregario gradatim ab haſta ad vicariatum colonelli pedeſtris aſcendit; verum a ſuis, qui ei honorem invidebant, ut dicitur, deſertus, cum captus hoſti ſervire nullis conditionibus induci poſſet, ad Wratislaviam an. 1631 glorioſe occubuit.

XVIII. *Faroslaus alter, Ioannis Zbinkonis* filius, ſimili preſſus infortunio natali, in *Aula Cæſaris Ferdinandi III.* aliquot continuis annis nequidquam exſpectavit fortunam, ducta deinde conjuge, & ſuſceptis duobus liberis, qui adoleſcentes mortui, & ipſe deceſſit an. 1663.

Duravit nobiliſſima familia, linea materna ex *Croci* ducis ſanguine, paterna vero ex *Bivojo* heroe ſæculis illis celeberimo, annis 1400 amplius, cum *Czecho* in Bohemiam adveniens omnia regni *officia* & dignitates ſacras & profanas geſſit laudatiſſime. Prodiere ex ea eccleſiaſtici;



KARL IOSEPH KITLITZ,
BŒHMISCHER STATISTIKER.
GEB. 1689. GESTORB. 1753.

J. Kosher. B.

stastici: *Zbinko Pragensis Archi-Episcopus*, *Hinko Argentoratensis Præsul*, Præpositi ad *S. Vitum* complures, & *Litomericii* & *Melnici Udalricus &c.* Decani *Wissehradenses Udalricus II.* Profanæ militiæ duces: *Dietericus I. Wilhelmus I. Wilhelmus II. Zbinko de Waldek. Zdienko* Præfecti Regni. Pro-Reges *Zdislaus.* *) Aulæ Regiæ *Præfecti: Ioannes Wilhelmus, Zbinko Lepus.* Supremi Camerarii: *Zbinko Zamorzky, Zbinko de Waldek,* & *Faroslaus.* Supremi Judices: *Zbinko, Nicolaus, Zbinko Ioannes.* Cancellarii: *Ioannes I. Ioannes II.* Grandisprior Strakonicensis: *Wenceslaus.* Præses Appellationum: *Zbinko.* Quid si decora omnium familiarum, quæ ab eadem origine processerunt, ut de *Sselemberg*, de *Rozmital &c.* percensere vellem? quæ omnes, una excepta *Leonum de Rozmital* (quæ linea in Moravia, ut ante dixi, perseverat) communi ad extremum familiarum illustrium fato, sunt extinctæ; plura de illustrissima *Hazmburgicorum* stirpe in stemmatographia nostra, si Deus vitam concesserit longiorem, adducemus.

Munus *Dapiferorum*, ut hoc obiter dicam, in *Dapibus* regi ministrandis, cum publicus ille actus esset, consistebat. (*Bohemis & Germanis Dapifer, supr. Truksas* dicitur) Sociabatur plerumque supremo *Prægustatori*, aut, ut quidam appellare voluerunt, *supremo Præcisori*, qui hæreditario jure ex illustrissima familia *Sezymarum* legebantur. In coronationibus regum, cum e *sacrario D. Wenceslai ad magnum S. Viti altare* ad coronationem regis pompa procedit,

pri-

*) *In editis sic legitur*: Proreges Zdislaus, Ioannes. Wilhelmus, Zbinko Lepus. Supremi Camerarii Zbinko Zamorsky &c. & *desunt verba*: Aulæ regiæ Præfecti.

primi duo *post clericos Archi-Episcopales*, scilicet *Regni Dapifer* cum *Prægustatore* procedunt, portantes uterque, ille inauratum, hic argento obductum panis libum, deinde insequenti ordine *Pocillator* cum collega, portantes uterque plenum vino doliolum, ille inauratum, hic argento incrustatum (quam pompam superius, cum agerem de coronatione regum, descripsi) quæ vascula in sinistra parte altaris deponuntur, & postea offertorii, ut vocant, tempore, accepta ex Dapiferi & Pocillatoris hæreditarii manibus duo illa panis liba & vini vascula, *Rex* ad altare Archi-Episcopo offert. Idem officium in coronationis Regiæ convivio præstant *hæreditarii Dapiferi*, *Prægustator* seu Præcisor, & *Pocillator*, aut qui eorum vices agunt, accitis eam in rem ab se ex nobilitate junioribus permultis, quod factum an. 1646 in coronatione *Ferdinandi IV.* singulari cum voluptate spectavi.

§. XVIII.

Præcisores & Prægustatores hæreditarii Regum Bohemiæ. *)

A *Wladislao Rege* Bohemiæ, patre Regis Ludovici, hæc dignitas hæreditaria esse cœpit, cum ante ambulatoria fuerit, ut sic dicam. Sunt tamen, qui *Ladislaum* Regem, qui Georgium antecessit, faciant authorem; qui scilicet primus Proceres *Sezymas de Austi* (quam civitatem Taboritæ, ut in Epitome narravi, diruerunt, ædificata ex ejus ruderibus urbe Taborienſi) hæreditarios Regni *Præcisores* constituerit; sed qui hoc asserunt, nunquam ullum *Sezymam de Austi* proferre poterunt, qui ante an. 1496.

Papr. f. 58.

Præ-

*) Legi potest in Miscell. Dec. II.

Præciſoris hæreditarii titulum geſſerit. *Sezyma de Auſti* (quem Paproc. nominat) an. 1478 in literis Ioannis de Hazmburg cum duce Oppavienſi compoſitoriis, velut teſtis ſubſcriptus eſt, (*Sezema de Auſti*, & *in Auſta*) nihil tamen additum de *Præciſore*. Idem *Sezema* apud Lupacium mortuus ponitur an. 1487, (*Sezema de Vſſtich*) ſine titulo *Præciſoris*.

Exiſtimo igitur Wladislaum Regem, qui an. 1496 officia Regni digeſſit, *Sezymæis* hanc dignitatem contuliſſe. Lupac. in Cal. ad 30. Dec.

Sit igitur I. hæreditarius Regni *Præciſor Zdienko Sezyma*, frater Ioannis, cui *Wladislaus Rex* illo ipſo anno 1496 Auſtam (Grad a Miesto Auſſt) cum attinentiis, quæ hactenus feudum erant, hæreditario jure donavit. Papr. f. 225.

II. *Ioannes Sezyma de Auſti & in Auſta hæreditarius Præciſor* jam an. 1527 in coronatione Ferdinandi I. & adhuc 1537. Papr. f. 58.

III. *Georgius Sezyma*, Ioannis filius in coronatione Maximiliani II. 1561, & 1572, Paproc. f. 223. Titulare. Conjux ejus *Bozkoricia*.

IV. *Jaroslaus Sezyma* an. 1575, Georgii frater; Paproc. f. 223, in coronatione Rudolphi II. Uxor ejus de *Rampowa*.

V. *Ioannes Georgius Sezyma*, *Georgii* filius *Rochorii Dom*. Titulare. In coronatione Mathiæ & Ferdinandi II. fuit aſſeſſor Judiciorum Provinciæ, inſuper regni Camerarius, (Inſcriptio Auſchenſis) videtur eſſe idem, qui in frontiſpicio Paprocii ponitur.

Jan Sezyma z Sezymo we Auſſtj Obiit an. 1617. Suſpicor, conjugem habuiſſe *Weitmiliam*, ex qua natus eſt ultimus familiæ ſuæ, in Ungaria exul mortuus.

§. XIX.

§. XIX.

Vice - Cancellarii.

Wlachinko Krabice de Weitmil Canonicus Pragensis Vice-Cancellarius Regis Wenceslai 1380. MS. Weitmil.

Georgius Zabka jam sub Ludovico Rege, & multo tempore sub *Ferdinando I.* Vice-Cancellarius fuit. Receptus est inter Barones anno 1549. Dominus fuit Kameniciæ, & Wlassaticii. Titulum habebat de Limporg. 1543. MS. Wartemberg & Tab. Regni.

Sigismundus Helt de Kemento an. 1514, natus in festo S. Laurentii; obiit 1564, die Mercurii ante S. Andreæ inter 7 & 8 horam.

Nicolaus Wratislav in Knin Dominus, Vice-Cancellarius.

Osvaldus Schönfeld, de Schönfeld, Dominus Enczovanii, natus 1524, 6. Jan. Obiit 1589, 3. Decemb. quartana, ætatis 66. Welesl. ad 3. Novembr.

Christophorus de Sebuzina ab an. 1591, fortasse an. 1600, receptus inter Barones. Fuit etiam Præfectus Monetæ 1604.

Doctor Georgius Mehl de Strzelicz Domin. in Tolenstein & Rumburg 1589, 24 Jan. vixit an. 74. Horum duorum, quos modo retuli, uter prior Vice-Cancellarii dignitatem gesserit, diligentius explorandum est.

Christophorus Zelinsky factus 1597. MS. Cuttnense.

Doctor Henricus de Pisnicze (qui olim in scholis nostris Hollandus scribebatur) primoCancellarius apud Wilhelmum de Rosis : est factus ex equite Baro an. 1603. Erexit altare nativi-

tatis

tatis B. V. in ecclesia nostra Salvatoris. Obiit 1603. MS. Cuttn. Papr. f. 85.

Bohuslaus de Michalowitz an. 1615 Slavata in MS.

Albertus de Kolowrat, ut puto ab an. 1630; obiit 1649.

Franciscus Comes a Pötting Baro, post Comes. Legatus in Hispaniam, intimus Consiliarius, aurei velleris Eques. Legatus in Poloniam ad Svecum.

Franciscus Comes Wchinsky legatus in Poloniam 1667, factus Appellationum Præses.

Wratislav a Sternberg.

Carolus Maximilianus Comes *Lazansky* de Bukowe.

§. XX.

Supremi Scribæ Regni Bohemiæ.

Hugo Notarius noster an. 1048. sub LL. Brzetislai Ducis donantis Reihradium cœnobio Brzewnowiensi.

Florianus Proto-Notarius an. 1183 LL. Cladrub.

Hermannus Scriba & Capellanus noster sub LL. Ottogari Regis 1221.

Wratislaus Scriba Regius an. 1237 sub LL. Cladrub.

Wilhelmus Notarius an. 1238 sub LL. Cladrubiens.

Magister Arnoldus, & Magister Wilhelmus Pragensis Ecclesiæ Canonici & Proto-Notarii an. 1253 & 1262. LL. Eccles. Prag. Paproc. in Bar. fol. 14.

Radislaus Notarius terræ 1287. Tabulæ Regni apud Hodiegow.

Bartholomæus Notarius 1295. Tab. Terræ apud Hodiegow.

Ioannes Notarius terræ 1297. Tab. Regni apud Hodiegow.

Petrus Notarius jam ab an. 1305. Hagek f. 273, an. 1316. MS. Ambras.

Ioannes Notarius an. 1321 primo Zdislai P. 26.

Stephanus terræ Notarius 1337. Secundo Zdislai.

Ioannes Scriba tabularum an. 1340. Paproc.

Henricus Præpositus Pragensis Notarius terræ an. 1348, tertio Zdislai. Hodieg. MS. Ambras.

Stephanus Canonicus Pragensis Notarius terræ 1348, tertio Zdislai 1348. Tertio Zdislai M. 19, & 1365 Notarius Regni, Tabulæ. Hodieg. adhuc 1378. Ulrici II. C. 15. Welesl. ad 4 Octob.

An. 1383 *D. Ioannes de Drazicz* proclamatus, & institutus est legitimus Proto-Notarius Regni Bohemiæ & præstitit juramentum de fide servanda: in Tabulis Regni apud Hodiegow. MS. Ambras.

Ioannes Proto-Notarius an. 1384. MS. Ambras.

Conradus Kaplirz de Sulewicz Proto-Notarius an. 1388. Tab. Hodieg. & 1391. eaedem Tabul. MS. Ambras. Paproc. in Bar. fol. 52.

Smil de Rizmburg, dictus Flaska, Proto-Notarius, alibi *Smilo de Pardubicz* 1396. Ambras. 1397. Tab. Hodieg. adhuc 1402. Tab. Hodieg. MS. Ambras. Welesl. 13. Augusti; unus idemque fuit.

Bozko de Podiebrad Proto-Notarius Tabularum an. 1404. Tab. & Hodieg. MS. Ambras. 1408. MS. Ambras. Paproc. f. 80.

Ioan-

Ioannes de Michalowicz Proto-Notarius Tabularum an. 1409. Tab. Hodieg. & MS. Ambras.

Nicolaus de Wozicz Proto-Notarius Tabularum 1410. MS. Ambras. 1411. Tab. Hodieg. Forte eſt, qui *Nicolaus* de *Honicz* & in *Beczka* vocatur.

Nicolaus de Egrberg ſeu *de Chiſs* (Pietipesky) anno 1409. Sed eodem anno ponitur *Plansky*. Paproc. Bar. f. 335. Lis erit de familia, utrique enim de *Egrberg* ſcribebantur. Paproc. Eq. f. 103. Proto Notarius Tabular. an. 1412. MS. Ambras. Paproc. in Bar. fol. 120.

Nicolaus de Wohorz Proto Notarius Tabularum an. 1414. MS. Ambras. & 1419. primo Mathiæ G. 14. Hodieg. & Hagek ad an. 1420.

Nicolaus de Lobkowicz Proto-Notarius Tabularum an. 1419. MS. Ambras. Paproc. in Bar. fol. 120. ſq.

Alſso de Rizmburg Proto-Notarius an. 1437. MS. Ambras. qui fuit ante Gubernator.

Arneſtus de Leskovecz Proto-Notarius Tab. an. 1454. Hodieg. & ſæpius MS. Ambras.

Burianus Trczka de Lippy & Lipnice Proto-Notarius Tabul. an. 1460. Tab. Hodieg. an. 1459 Welesl. ad 27 Nov. an. 1458. Thom. adhuc 1462. MS. Ambras. & Th. Idem Burianus appellatur ab aliis Nicolaus. *Cochlæus* Lib. 12.

Nicolaus de Landſtein ſupr. Scriba: Legatus pro Wladislao an. 1471. *Welesl.* ad 16 Junii: ſimul apud *Georgium Regem Mareſcallus* Aulæ 1469. Papr. in Bar. f. 53.

Ioannes Gluxa de *Wraby* Scriba Tabular. terræ Bohemiæ. Paproc. f. 590. an. 1472.

Ioannes jun. *de Raupowa* Proto-Notar. Regni Bohemiæ & Magister Curiæ Regalis de clientibus. Ita diserte MS. Ambras. an. 1487. & primo Andreæ; adhuc fuit 1490. Papr. f. 219.

Nicolaus Horziczky de Horzicz & in Peczka supr. Scriba Regni, olim fuit Aulæ Præfectus Regi Georgii. Obiit 1515. Welesl. ad 16. Dec. Jacet sepultus in ecclesia Teynensi V.P. Hic vendidit officium an. 1500 *Alberto Rendl de Aussavy*, sed mox anno sequenti in comitiis Cuttnensibus dejectus est Albertus, & ejus loco factus

Zdenek Malowecz de Chegnow, & in Winterberg. MS. Hodieg. qui obiit 1512: ad 2 August. Lupac. & Welesl. MS. Cuttnens. MS. Weitmil.

Radislaus Berzkowsky supr. Scriba an. 1519. Hodieg. Loco ejus an. 1522 factus est.

Ioannes Lithoborsky de Chlum. An. 1525 repositus est rursus *Radislaus*. MS. Hodiegow. Welesl. ad 3 Febr. & 13 Febr. **W Lwowwych Pamatnych.** O. 9. Hic Radislaus fuit diu supr. Scriba. Obiit 1537. Weleslaw. ad 13 Novemb. Cui successit

Ioannes Bechinie de Lazan, Dominus in Piczin. Hodieg. Welesl. ad 11 Januar. Obiit 1547.

Wolfgangus de Wrzezovicz in Daubravomonte. Fuit simul Cameræ Præses ab an. 1543. Welesl. f. 458. Hic an. 1564 edidit constitutiones regni. Obiit 1569, 24 April. Welesl.

Udalricus Dubansky de Duban 1571 MS. Slavat.

Nicolaus Mrzkowsky de Tropczicz Capitaneus arcis Prag. & supr. Scriba Regni Boh. Obiit 1575, 16 Octob. MS. Pragense.

Mi-

Michael Sſpanowsky de Liſsowa an. 1585. MS. Roſenſe. Paproc. in Bar. fol. 365.

Ioannes de Klenova & Janovitz ſupr. Scriba jam fuit an. 1614 & 1618. MS. Cuttnenſe.

Chriſtophorus Wratislav deMitrowitz 1627. MS. Curiæ Budvicens. Depoſuit dignitatem, factus Baro an. 1638.

Przibik (Adauctus)*Geniſsek* de Ugezd obiit 1651 ipſo die annunciationisB.V.Mariæ. Dominus Brzeznicii, cujus fratris filius anno 1643 factus eſt Baro.

Carolus Skuhrowsky de *Skurowa.*

Nicolaus Gersdorff de Gersdorff.

Franciſcus de Scheidlern.

Lambertus Franciſcus ab Harrach.

Przemyslaus Rex ordini ecclesiastico infensissimus, cæteras omnes, quæ aliquod privilegium aut gratiam continerent, abolevit. Igitur quæ post Andreæ Episcopi mortem (1224) scriptæ sunt, antiquissimæ habentur, item eæ, quas ipse beatus Andreas juratus in Archivo exstitisse testatur, ab hoc tempore puto omnes literas Regum ad Ecclesiam spectantes, pauculis exceptis in Archivo S. Ecclesiæ Pragensis asservari. Solennissimæ sunt Caroli IV. literæ, tum Pontificum, quibus coronandi Reges jus Archiepiscopis confertur, tum etiam illæ, quibus omnia privilegia Carolus Imperator anno 1352 recenset, & confirmat omnes has bullas & literas in honorem Pragensis Ecclesiæ datas libro VI. miscellaneorum evulgavimus.

Olomucensis ac Litomislensis veteres literæ originales dicuntur intercidisse (de litomislensi id asserere non possum, quia ubi lateant scio.) Similis quoque jactura involvit Sclesiam; habent tamen datas anno 1139, quibus fundatur cœnobium in Zottenberg Canonicorum Regularium S. Augustini Aroasiense postea Wratislaviam translatum, ut narrat Bukisch, habet etiam datas anno 1240 ab Henrico Duce, supersunt quoque S. Crucis literæ Wratislaviæ 1288. Magni momenti sunt literæ Episcopi Wratislaviensis Przeczslai anno 1358 ultima Novemb. quibus se Carolo Regi Bohemiæ subjecit; hæ postremæ sunt apud nos in originali.

Schick fus. L. 3. f. 3. Idem L. 3. f. 8 & 9. Idem L. 3. f. 39 & & 40.

Monasteriorum sors est melior: Brzewnovium habet suas, item Præpositura Rayhradensis

denſis & Policenſis, de aliis mihi non conſtat, præter eas, quas citato libro ſexto attulimus. Collegiata S. Stephani Litomericii originales oſtendit; Wiſſehradenſ. Eccleſia ſacro-ſancta (is enim erat illius titulus,) primigenias non habet. Sed ſcriptas in copiario ut vocant, conſervat, quas etiam recitat Coſmas vetuſtus ſcriptor, de aliis Archivis cit. Lib. VI. indicium fecimus.

Buckiſs in Prolegom. Hiſt. eccleſiaſt. Sileſiæ C. 1.

§. XII.

De ſubſcriptionibus Procerum in literis publicis.

Obſervandum venit: tantam fuiſſe antiquitatis noſtræ ſimplicitatem (quod etiam in aliarum gentium vetuſtis literis animadverti) ut ſolo nomine appoſito putarent ſe poſteritati fidem facturos: v. gr. Teſtes Jaroſs, Beneſs &c. fratres aliquando adebant. Patres v. g. Bohus filius Borzitæ &c. Ridiculum illud *Ioannes cum omnibus ſuis fratribus* ex hujusmodi inſcriptionibus nihil de familia poteſt cognoſci, & nulla ſcriptis literis apud poſteros accedit authoritas. Poſtea prudentius ſubſcribere cæperunt, ut per officia regni nominibus addita diſtinxere ſeſe, ut v. g. Beneſs Pincerna, Diviſs Dapifer &c. Iudex Henricus &c. hoc jam diſtinctius, ſed ad familias cognoſcendas inſufficiens; tandem imitatione Germanorum ab arcibus, montibus, lapidibus, caſtris, in quibus aut penes quæ ſedes fixerant, appellari cæperunt, aut Radmirus de Przimda, Sobiehrad de Klobauk &c. quia ſcilicet in dictis locis reſidebant; hinc Proceres Rozmberg, Ryzmberg, Sternberg &c. hinc de Landſtein, Wald-

ſtein

ſtein &c. hinc de Hazmburg de Nova domo &c. prodierunt, & hæc multum adjuvant Genealogiſtas, ut ſcire familiarum diſtinctiones & diviſiones poſſint. Poſtremo denique a Caroli IV. propemodum temporibus ſubſcriptiones ſat perfectæ evaſerunt, qui mos ad tempora usque noſtra perdurat (quamvis paucæ literæ Regum ex aulis prodeant, quibus Proceres ſubſcribant, ſed ſolis Cancellariis aut Vicecancellariis, & plerumque Secretariis ſubſcribendæ relinquantur) a Caroli IV. inquam temporibus ultimis ſubſcripta legimus Procerum nomina, cognomina & munus publicum, quod geſſerunt in Regno, ut: Ioannes de Wartmberg in Weſſeli, ſupr. Regni Camer. &c., quod tamen non ubique ſervatur, & hæc perfectiſſima & abſolutiſſima ſubſcriptionis ratio. Quod ſi Proceres caruerunt officiis publicis, nomen & cognomen idem præſtat, ut Jeſsko de Roczkowicz, Jeſſto a Roſis &c. Satis enim familiam Genealogiſtes quisque agnoſcet, quam poſtea in ordinem Genealogiæ poterit diſpeſcere.

Porro etſi dixerim uno ſubſcripto nomine Procerum familias non ſatis agnoſci, tamen ſi quis in literis antiquorum Regum legendis verſatus ſit, poterit ſæpe ex uno nomine in familiæ notitiam pervenire, ut v. g. Czenkones, Lippæi plerumque ſunt Galli, Marquardi ſunt plerumque Wartenbergici & Zwirzeticii ejusdem ſtirpis, Wokones plerumque Rozenbergici; Laczkones Domini de Krawarz. Boczkones Domini de Podiebrad. Henik Domini de Waldſtein. Puthæ aut Potenſteinii aut Sſwihowii; qui poſteri etiam Przenkones quam plurimi dicti ſunt. Theo-

baldi & Theobaldicii ſunt Czerninii, Slawkones & Grabiſſæ fuerunt Com es Oſſekanii de Ryzmberg. Witkones aut Witigones fuere Dominini de Novadomo, Slavatæ nullo addito ſubſcribebant nomen, ſæpe tamen invenies Matheos pro Slavatæ nomine, & Spitatas &c. plura adducere ſupervacaneum puto.

Olim ſub vetuſtis Ducum noſtrorum & Regum literis plerumque Eccleſiaſtici ſubſcribebant, ut Abbates, Præpoſiti, & alii Eccleſiarum Prælati ſub Lucenburgicis Regibus deſierunt nomina ſua ſubſcribere Abbates (cauſam nunquam ſatis indigare potui), ſed Cancellarii Regni ſingulariter exprimebantur, ſæpe etiam Cancellarii Regis, Proto - Notariorum quoque ſæpe fiebat mentio, quorum duo plerumque erant Canonici: ſcribebantur enim omnia latine, eoque idiomate referebantur in Tabulas, qui mos obſervatus eſt usque ad Puthaim Sſwihovium Iudicem Regni, quanquam etiam paulo ante aliqua ſed bohemice in Tabulis annotabantur.

Vetuſtiſſimæ familiæ ſub literis annotatæ nominibusque clare expreſſis A. C. 1180 de Wartemberg Jarek, Matheus Slavata ſubſcripti leguntur. An. 1194 Beneſs à Sternberg, Domini de Nova domo.

An. 1184 de Novo Caſtro.

An. 1201 Hroznatæ, Wrtbæi vel Guttenſteinii.

An. 1222 Borzitæ & Borutæ.

An. 1234 Waldekii, qui & Hazmburgici poſtea.

An. 1250 Roſenbergii.

An. 1263 Rozmitalii, Lepores, Sſwambergici.

An.

An. 1252 Schellembergii, item Rizmbergii, Smecznæi etiam leguntur.

An. 1261 Richovii.

An. 1318 Lippæi, Bercæ, Landſteinii, Michalovicii, Zwirzeticii, Kolowratæi, Zerotinii, Auſtæi paſſim nominantur.

Non ſequitur hinc, quod ſeniores ſint aliis familiis, ſed quod eorum nomina in literis publicis ab aliis annis, quos notavimus, clare & expreſſe ſint poſita, cum antea obſcure, & ſub aliis nominibus fuerint annotata: ut v. g. Vitigones vel Vitkones, qui conſenſu omnium hiſtoricorum Domini de Nova domo vel Roſenbergici intelliguntur.

§. XIII.

Quidam Aſſeſſores ſupremi Iudicii & Officiales Regni ab An. 1600, *ad noſtra usque tempora.*

An. 1601. Petrus Wok a Roſis (hic non fuit Burgr.) Chriſtophorus de Lobkowicz, Præfectus Regni, Cameræ Magiſter & Præſes Appellationum. Adamus Sternberg, Iudex Regni. Zdienko Lobkowicz, ſupr. Cancellar. Wolff Kolowrat Nowohradsky in Lnarz, Iudex Curiæ. Ioachimus de Nova domo, Burg. in Carlſtein. Ioannes Sezima, Præciſor. Hermannus Rziczan in Koſowa hora. Ioannes Georgius de Sſwamberg in Ronsperg. Vlricus de Lobkowicz in Bilina. Adamus junior Waldſtein in Hradek ſupra Sazawam & Lowoſicz. Wilhelmus Slawata. Hertwigius Zeydlicz in Polna, Choczna & Przibislawia, ſupr. Feudorum Iudex, & Subcamerarius Reginæ. Ex Equitibus: Ioannes de Klenowa,

ſupr. Scriba. Humprecht Czernin, Subcamer. Regni. Wenceslaus Pleſs, Burg. in Carlſtein. Ioannes Wrzezowecz, Burg. Hradecenſis, & venationum Præfectus. Henricus Capaun. Chriſtophorus Wratislaw. Tiburtius Zdiarsky in Kladna, Capitaneus minoris Pragæ. Henricus de Pisnicz, Vicecancellarius. Burchardus Tocznik de Krzimicz.

Eodem anno 1601 Aſſeſſores Iudiciorum cameraticorum: Chriſtophorus Lobkowicz, Curiæ Magiſter. Bohuslaus de Haſsnſtein. Carolus de Wartnberg. Ioannes Binko Lepus, hæred. Dapifer. Georgius de Talmberg in Jankow. Sigismundus de Smirzicz. Ioannes Wenceslaus Lobkowicz, Capitaneus veteris Pragæ. Fridericus Swihowsky. Wenceslaus Berka de Zakupi. Ioannes Kawka, Capitaneus novæ Civitatis Pragenſis. Rudolphus Trczka in Swietli. Radislaus Wchinsky in Teplicz. Equites: Bernardus Kokorzowecz. N. Wicztum. Gothardus Zdiarsky. Adamus Przedenicze. Ioannes Lukaweczky. Wilhelmus Rutt de Druncho. Vniverſim Barones duodecim. Equites ſex.

A. D. 1615. Clenodia Regni pro coronatione Annæ Imperatricis attulere ſequentes: Adamus de Sternberg, ſupr. Burg. Adamus de Waldſtein, ſupr Regni Præfectus. Ioannes Sezyma, hæred. Præciſor & ſupr. Camer. Boh. Georgius de Talmberg, ſupr. Iudex. Zdienko Lobkowicz, ſupr. Cancellar. Wilhelmus Slawata, Iudex Aulæ, & Cameræ Præſes. Carolus Mraczky in Piſſeli. Radislaus ſenior Chinsky in Teplicz. Theobaldus Sſwihowsky. Matheus Deipoldus Lobkowicz, Grand-Prior. Leonardus Columnæ in angeli-

co

co monte. Ioannes Zbinko Lepus, Præſes Appellationum. Fridericus Burg. de Dona. Iaroslaus de Martinicz, Aulæ Mareſcallus. Stephanus Georgius a Sternberg in Poſtoloprt & Wodolicz, Feudorum Capitaneus. Caſpar Zierotin in Novodwur. Bohuchwal Berka in Biela & Kurziwod. Heraldus Wenc. Libſteinsky in Janowicz. Fridericus Swihowsky. Sezima de Wrtby. Wenceslaus Wilhelmus de Raupowa. Ladislaus Zaydlicz in Enczowam. Iohannes Rudolff Trczka in Swietla Opoczna. Smirzicz Burchardus Strzela. Ioannes Albinus Schlick. Iaroslaus jun. Libſteinsky. Ioachimus Slawata in Hluboczerp, ſereniſſimi Leopoldi Archiducis Conſiliarius.

Conſignatio officialium Regni prout initio anni 1685 *in officiis publicis in Caſtro Pragenſi ſederunt,* ac *imprimis*

Illuſtriſſimus ac Excell. D. D. Adolfus Wratislaus Comes de Sternberg, ſupr. Burg. Pragenſis.

Illuſtriſſ. ac Excell. D. D. Wilhelmus & Albertus Krakowsky, Comes de Kolowrat, ſupr. Regni Præfectus.

Illuſtriſſimus & Excell. D. D. Ioannes Fridericus Comes de Trautmansdorff, ſupr. Camerarius.

Illuſtriſſ. & Excell. D. D. Ioannes Ioachimus Comes Slavata, ſupr. Regni Iudex.

Illuſtriſſ. & Excell. D. D. Franciſcus Vdalricus Chinsky Comes de Wchinicz, ſuprem. Regni Cancellar.

Illustriss. & Excell. D. D. Ioannes Franciscus Comes de Wrtbna, supr. Feudorum Iudex.

Illustriss. & Excell. D. D. Ferdinandus Ludovicus Libsteinsky, Comes de Kolowrat, grandis Prior Strakonicensis.

Illustriss. & Excell. D. D. Carolus Maximilianus Comes Lazansky de Bukowe, Appell. Præses.

Illustriss. & Excell. D. D. Christophorus Wratislaw, Comes de Mitrowicz, Præsidens Cameræ regiæ.

Supernumerarii.

Illustriss. & Excell. D. D. Michael Comes de Thun.

Illustriss. & Excell. D. D. Franciscus Comes de Wrtby.

Ex Equitum ordine.

Dominus Dominus Lambertus Franciscus Hrzebenarz de Harrach, supr. Regni Scriba.

D. D. Petrus Hubrik de Henersdorf, Regni Subcamerarius.

D. D. Gervasius Wilhelmus Gollen Burg. districtus Hradecensis.

Supremi Iudices seu Assessores supr. Iudicii Terræ.

Illustriss. & Excell. D. D. Adolfus Wratislaus Comes de Sternberg, supr. Burgravius.

D. D. Wilhelmus Albertus Krakowsky Comes de Kolowrat, supr. Regni Præfectus.

D. D.

D. D. Ioannes Fridericus Comes de Trautmansdorff, ſupr. Camerarius.

D. D. Ioannes Ioachimus Comes Slawata, de Chlum & Roſsmberg, ſupr. Camerarius.

D. D. Ioannes Franciſcus Comes de Wrtbna, ſupr. Feudorum Iudex.

D. D. Ferdinandus Ludovicus Liebſteinsky Comes de Kolowrat, grandis Prior.

D. D. Carolus Maximilianus Comes Lazánsky de Bukowe, Præſes Appellationum.

D. D. Franciſcus Ignatius Comes de Rozdrazow.

D. D. Ferdinandus Erneſtus Hiſsrle, Dominus in Chodow.

D. D. Ioannes Wenceslaus Nowohradsky, Comes de Kolowrat.

D. D. Ioannes Franciſcus, Comes de Wrtby.

D. D. Wenceslaus Comes de Sternberg.

D. D. Franciſcus Antonius Howora, Comes Berka de Dube & Lippæ.

D. D. Wenceslaus Holiczky, Comes de Sternberg.

D. D. Wenceslaus Popel, Comes de Lobkowicz.

Ex Equitum ordine.

D. D. Lambertus Franciſcus de Harrach, ſupremus Scriba.

D. Ioannes Petrus Hubrik de Henersdorff, Subcammerarius.

D. Gervaſius Wilhelmus de Gollen, Burgravius Hradecenſis.

D. Ladislaus Hrobcziczky.

D. Wilhelmus Ioannes Deim de Strzitcze.

D. Ferdinandus Christophorus de Sseidlern.

D. Georgius Franciscus Daudlebsky de Daudleb.

D. Ioannes Alexius Konias de Widrzi.

D. Ioannes Carolus Przichowsky de Przichowicz.

D. Ioannes Wenceslaus Obieteczky de Obitecz.

Consignatio omnium Assessorum Iudicii Camcratici & Aulici 21 *Maji* 1685.

Præses supr. Regni Præfectus Illustriss. & Excell. D. D. Wilhelmus Albertus Krakowsky, Comes de Kollowrath.

D. D. Zdenko Eusebius Wratislaw de Mitrowitz.

D. D. Wenceslaus Carolus Czabeliczky, Comes de Sauticz.

D. D. Ioannes Maximilianus de Talmberg

D. D. Ernestus Abundus Krakowsky de Kolowrat.

D. D. Ioannes Paulus Leopoldus Walderode.

D. D. Ioannes Ioachimus de Brandstein.

D. D. Christophorus Carolus Przehorzowsky de Kwasegowicz.

D. D. Ioannes Antonius de Questenberg.

D. D. Ioannes Marcus de Clary, Comes de Alldringen.

D. D. Ernestus Godefridus Slicz, de Leopoldsheim.

D. D.

D. D. Iaroslaus Erneſtus Kagér, Comes de Stampach.

D. D. Franciſcus Miehael Hisrle de Chodow.

D. D. Benedictus Hroznata de Wrtby.

D. D. Bernardus Franciſcus de Wieznik.

D. D. Franciſcus Euſebius Comes Khun.

D. D. Iaroslaus Libſteinsky de Kolowrat.

D. D. Martinus Antonius de Laſſaga Paradis.

D. D. Ioannes Balthaſar de Clary & de Spersberspach.

D. D. Servatius Ignatius de Englsflus.

D. D. Franciſcus Wilhelmus Libſteinsky Comes de Kolowrat.

D. D. Ioannes Chriſtianus Comes Sſtubik.

D. D. Franciſcus Zdienko Nowohradsky, Comes de Kolbwrat.

D. D. Chriſtophorus Albertus Korzensky de Tereſſow.

D. D. Fridericus Leopoldus Kotulinsky de Kotulin.

D. D. Wenceslaus Albertus de Eckersdorff.

D. D. Iacobus de Wage & Adelperg.

D. D. Mathias de Wunſchwicz.

D. D. Ferdin. Leopoldus Chriſtophorus Kuſtoſch de Zubrziho, & de Lipky.

Ex ſtatu equeſtri.

Generoſus Wenceslaus Brzensky de Porubie.

Generoſus Ioannes Reichardus Gerſſo de Ragersdorff.

Generoſus Ferdinandus Ignatius de Popn.

Generosus Ioannes Carolus de Golcz.

Gener. Petrus Nicolaus Straka de Nedabilicz.

Gener. Ioannes Ignatius Pucz de Adlersthurn.

Gener. Georgius Wenceslaus Raczin de Raczin.

Gener. Ioannes Iacobus de Gosthein.

Gener. Wenceslaus Sylvester Smrzka de Mnichu.

Gener. Fridericus Leopoldus Sſmidt de Sſmidfeld.

Gener. Petrus Sſtupart de Löwenthal.

Gener. Franciſcus Materna de Kwietnicz.

Gener. Ioannes Maximilianus Kluſak de Koſtelcze.

Gener. Georg. Franciſcus Strachowsky de Strachowicz.

Gener. Ioannes Rudolphus Sſenowecz de Ungersvert.

Gener. Blaſius Eugenius Salazar de Monte Albano.

Gener. Ioannes Fridericus de Noſticz.

Gener. Sigismundus Leopoldus Sſmidl de Sſmiden.

Gener. Ioannes Rudolphus Wolbram Brandlinzky de Stiekrze.

Gener. Michael Franciſcus Wieznik de Wieznik.

Gener. Wenceslaus Ernfridus Binago.

Gener. Henricus Chlumczansky de Przeſtawik.

Gener. Franc. Albertus Kropacz de Krymlow & Hohenfal.

Gener. Franc. Carolus Borzek Dohalsky de Dohalicz.

Gener.

Generosus Fridericus Ferdinandus Wanczura de Rzehnicz.

Gener. Antonius Franchimont de Franckenfeld.

Gener. Wenceslaus Eusebius Negrony de Ryzembach.

Consignatio Assessorum in regio Tribunali Appellationum.

Illustrissimus & Excell. D. D. Carolus Maximilianus Lazansky Comes de Bukowe, Præses Appellat.

D. D. Henricus Iulius L. B. de Blum.

D. D. Iaroslaus Comes de Martinicz.

D. D. Ignatius Comes de Sternberg.

D. D. Wenceslaus Norbertus Comes Chinsky.

D. D. Franciscus Carolus Przehorzowsky, L. B. de Kwassegowicz.

D. D. Norbertus Libsteinsky Comes de Kolowrat.

D. D. Franciscus Maximilianus Hartmann, L. B. de Klarstein.

D. Isaias de Hartig.

D. Georgius Bechinie de Lazan.

D. Ioannes Carolus Matuska de Topolczan.

D. Godefridus de Jentsch.

Doctor Ioannes Sigismundus Neschwitz.

Doctor Wenceslaus Rosa.

Doctor Daniel Wenceslaus Mirabell de Trenhow.

Doctor Carolus Iaroslaus Borowansky de Borowan & Sternfeld.

Doctor Ioannes Michael Knecht.

Doctor

Doctor Daniel Franciſcus Kiblin de Waffenburg.

Doctor Tobias Türchner de Milenau.

Doctor Gabriel Marius.

Doctor Ioannes Adamus Macht de Löwenmacht.

Conſignatio omnium Aſſeſſorum in Cameræ Bohemiæ.

Præſidens. Illuſtr. & Excell. D. D. Chriſtophorus Franciſcus Wratislaw, Comes de Mitrovicz.

Illuſtr. & Excell. Ioannes Franciſcus Comes de Wrtby, Vice-Præſes.

Conſiliarii.

D. D. Ferdinandus Erneſtus Hisrle, Dominus de Chodow.

D. D. Iacobus Leopoldus Comes de Hollweyl.

D. D. Wenceslaus Carolus Czabeliczky. Comes de Sauticz.

D. D. Ioannes Paulus Leopoldus L. B. Walderode.

D. D. Antonius Comes de Loznthal.

D. D. Chriſtianus Comes de Stubik.

Generoſ. Petrus Stupart de Löwenthal.

Gener. Ioannes Ign. Pucz de Adlersthurn.

D. Samuel Ferdinandus Müller de Müldenburg.

Con-

Consignatio minorum Officialium ad Tabulas Regni.

Perillustris & Gener. Eques Petrus Nicolaus Straka de Nedabilicz, Vice-Camerarius.

Perill. & Gener. Eques Sigismundus Leopoldus Sſmidl de Sſmiden, Vice-Iudex.

Perill. & Gener. Eques Wenceslaus Sylvester Smrczka de Mnichu, Vice-Scriba.

Perill. & Gener. Eques Ioannes Iacobus Pecelius de Adlersheim.

Perill. & Gener. Eques Caſparus Franc. Wenceslaus de Franckenheim, ſubordinatus Sub-Camerario.

Perill. & Gener. Eques Adamus Fridericus Chanowsky de Longa-Villa, Scriba minor.

Consignatio Assessorum Iudicii Burgraviatus Pragensis.

Ex ſtatu equeſtri.

Vice-Burgravius, Ioannes Carolus de Goltz.

Henricus Wenceslaus Kobilka de Kobiliho.

Ioannes Caſparus Proy de Kaiſelberg.

Franciſcus Nicolaus Bzensky de Porube.

Tobias Ladislaus de Hornek.

Benedictus Praſchl de Praſchenfeld.

Maximilianus Franciſcus Rottenberg de Kettrze & Drslaw.

Wenceslaus Franciſcus Fleiſchmann de Tumbach.

Ex civili ordine.

Nicolaus Fink.
Ioannes Georgius Wendlinger.
Adamus Carolus Worzikowsky de Kunaticz.
Franciſcus Auguſtinus Mitshky.
Wilhelmus Arnoldus Gilda de Altpach.
Daniel Dominicus Pawlaczki de Fahnenwerth.
Ioannes Georg Schowperger de Freiberg.
Carolus Bilek de Bilenberg.

Capitanei Pragenſes.

Illuſtr. D. D. Ioannes Wenc. Nowohradsky Comes de Kolowrat, Capitaneus antiquæ urbis pragenſis.

Illuſtr. D. D. Wenceslaus Carolus Comes Czabeliczky, D. in Sauticz, Capitaneus novæ civitatis pragenſis.

Perill. & Gener. D. Wenc. Chriſtophorus Hlozek de Zambach, Capitaneus regiæ arcis pragenſis.

Perill. ac Gener. D. Ferdinandus Chriſtophorus de Scheidlern, Capitaneus minoris civitatis pragenſis.

CAPVT X.

De Comitiis Regni Bohemiæ.

Qui notitiam veteris Bohemiæ uno velut aſpectu ſibi comparare cupiat, ei ego author fuerim, ut comitiorum libros (qui ſub Ferdinando I., Maximiliano II., typis editi ſunt) pervolvat, & abſolutam Bohemiæ effigiem habebit: nihil enim illi veri Patriæ patres aliud propoſitum habebant, quam Patriam florentiſſimam, & omnibus bonis affluentiſſimam Regibus ſuis reddere, optimis legibus & ſtatutis communire, nullius ſceleris impunitatem relinquere, pœnis improbitatem hominum coërcere, bonos præmiis afficere, denique in ea felicitate, pace & ſecuritate publicas & privatorum fortunas ſtabilire, & poſteris ſuis relinquere, qualem ipſi a majoribus ſuis quaſi per manus traditam accepiſſent. Nihil illi gratiæ tribuebant, nullam pro republica dimicationem recuſabant, ut quod *Ennius* de romano Duce cecinit (*non ponebat enim rumores ante ſalutem*) hoc revera de majoribus noſtris dicebatur.

§. I.

Summa comitiorum Regni Bohemiæ, tum quo tempore & loco habita ſint, ad usque tempora Regis Wladislai Jagellonici.

Solenne fuit in *vetere Bohemia* nihil magni momenti in Regno ſtatuere, niſi in comitiis omnium ordinum propoſitum, ventilatum ſententiis, ſtatutum, & comitiorum articulis publi-

blicatum fuiſſet; beneque ac ſapienter, & ad moresPatriæ congruenterFerdinandus II. auguſtæ memoriæ Imperator, cum privilegia poſt rebellionem hæreticorum ordinum clementiſſime Bohemis redderet, regio verbo in comitiis præſens, poſtea edicto promiſit: nihil ſe derogaturum comitiis, nihilque a Bohemia exacturum, niſi prius comitiis liberis ordines Regni dare conſenſiſſent. Has literas tota Bohemia pro templis, pro portis urbium, aliisque publicis locis affigi juſſit, atque in *Novellis* initio recitari, ut legimus, quarum literarum exemplar in *fundamentis Regni retulimus.* Sed ad ipſa comitia veniamus: olim comitiorum articuli vulgabantur, & in porta arcis pragenſis, & in comitiorum loco ac ſenaculo, ut ab omnibus legi poſſent, proponebantur. Sub Ferdinando I. cæperunt comitia typis imprimi, quod usque ad Rudolphi II. prima tempora uſitatum fuiſſe video: poſtea turbatis per bella Patriæ rebus ceſſatum eſt, rurſusque pace reddita vetus mos reſtitutus. *Vetuſtiora* comitia ſub *Ducibus* & *Regibus Przemyslæis* & *Lucenburgicis* fere perierunt; *Weleslavinus* tamen homo doctus, & diligens magno labore ſummam quandam comitiorum *in Calendarium hiſtoricum ſuum* inſeruit; quæ ego in lectorum gratiam additis nonnullis, quæ ipſe omiſerat, hic recenſebo *Guilielmi Slavatæ Cancellarii MS. voluminibus* adjutus, quam operam *comitia* excerpendi cum morbo graviſſimo tenerer, commodavit mihi ſociorum quidam ex ordine noſtro, amicus vel ex hoc labore in gratiam mei ſuſcepto probatiſſimus. Sic igitur habent.

Prima comitia Libuſſa Dux Bohemiæ filia Croci indixit in Wiſſehrad, in quibus *Przemislaus Dominus villæ Stadicz in* Ducem *Bohemiæ* declaratus eſt. Hagek fol. 9. *Nezamislus Dux Bohemiæ, Przemislai primi Ducis, & Libuſſæ filius* celebravit *comitia in Wiſſehrad*, in quibus Bohemiam partitus eſt, & eam potentioribus colendam elocavit, hac conditione, ut ſtatis diebus ſe illi ad obſequia ſiſterent, poſt mortem vero illorum, iterum bona in Ducis poteſtatem, & liberam diſpoſitionem redirent. Hagek fol. 23.

Sub Duce Wogeno comitia fuiſſe in indice dicit Weleslavinus, ſed in *Calendario* ipſo non inveniuntur annotata.

An. 1110. 13. *Iulii ad Saczkam* in pratis Wladislaus I. *Dux Bohemiæ, Regis Wratislai ex Swatawa Regina Poloniæ filius, comitia* habuit cum *Comitibus, Dominis & Equitibus Bohemis*, qui locus diſtat uno milliari a *Nymburga*, in quibus captivari fecit *Patruelem ſuum Ducem Moraviæ* ruperrime ſibi conciliatum, ex inſtinctu quorundam *Procerum* eumque in *arcem Burgleis ſeu Krziwoklad includi, in quo tribus annis detentus fuit. Hagek f.* 161. *Dubrav. Lib. II. Chron. Mansfeld.* C. 212. *A.* 1306. 23. *Auguſti. Pragæ comitia fuerunt* de eligendo novo Rege poſt obitum *Wenceslai III. ultimæ ſtirpis Przemyslææ*, magna contentione agitata. Alii ſuadebant ut *Rudolphus Cæſaris Alberti I. filius Dux Auſtriæ eligeretur*, quem & in Regnum introduxerunt, deſponſantes ei *Eliſabetham viduam Wenceslai II.*, qui tamen ante coronationem diem ſuum obiit. Alii volebant *Hemricum Ducem Carinthiæ, & Comitem Tyrolis, Pragæ tum præſentem*, qui etiam duxit *Annam*, maximam natu filiam, *Wenceslai*

II., & *occisi Wenceslai sororem*, qui tamen Rudolpho impar in suam abscessit Carinthiam; sed post ejus mortem iterum redux in Bohemiam tribus annis (non tamen coronatus) regnavit, donec a Rege Ioanne penitus regno exclusus fuisset. Postremi electum cupiebant ex pago Stadicz rusticum (ex quo pago olim Przemyslaus I. electus fuerat in Ducem) & huic offerebant in matrimonium Elisabetham filiam Wenceslai II., qui tamen auditi non sunt. Hagek fol. 275. Chron. Aulæ Regiæ Cap.

An. 1375. 2. *Maji in Arce Pragensi* indixit Comitia *Carolus IV.* in quibus consenserunt *Bohemi* ad dandam *Bernam* seu *Contributionem* juxta taxam, ex una marca grossorum, pendendus erat unus monetæ Bohemicæ, ad exsolvendas arces oppignoratas, & ditiones proprias Regum *Bohemiæ.* Hagek f. 348.

Hagek f. 356.

An. 1391. 1. *Martii* convenerunt quidam Domini Bohemi Regino-Hradecii adversus *Wenceslaum Regem*, qui præcipuos ex iis, in *Wissehrad* decolari jussit.

An. 1419. 25. *Decemb.* Cæsar *Sigismundus* indixit *Brunam* Comitia Statibus *Bohemiæ* & *Moraviæ*, quibus interfuit *Regina Sophia*; Vidua Regis Wenceeslai, de cujus dote agebatur. Hagek fol. 376.

An. 1421. 2. *Iunii convenerunt* ad *Comitia* generalia *Czaslaviam* Bohemi & Moravi, partim *Catholici*, partim *Hæretici*, in quibus statuerunt observandos quatuor Aritculos Pragenses, & eos defendendos, *Sigismundum Cæsarem* tanquam inimicum veritatis & nationis Bohemicæ pro Rege non acceptandam sub amissione famæ, fidei, bonorum, & proscriptione ex Regno. Interfuerunt *Domini Bohemi*: *Cunradus Archi-*

Epis-

Episcopus Pragensis, Udalricus de Rosmberg, Czenko de Wartemberg & Wesele, Udalricus Wawak de Nova-domo, Henricus Chudoba de Waldstein, Ioannes Schkopek de Dube, Henricus Berka de Dube, Hinek Krussina, Boczko deKunstat, &c. Moraviæ Petrus de Pernstein, & in Strznicz Capit. Moraviæ Ioannes de Lomnicze &c. Hag. f. 390.

An. 1423. 1. *Novemb. Comitia ordinum Pragæ* celebrata sunt, in quibus *Conradus Archi-Episcopus Pragensis cum multis Dominis, & Equitibus fœdus pepigerunt uno anno duraturum & multos articulos ad pacem & ordinem Regni spectantes, tam sub una quam sub utraque Specie communicantes acceptarunt, eligentes sibi Gubernatores Regni; ex parte Catholicorum: Ioannem seniorem de Michalovicz, Czenkonem de Wartmberg, & de Wesele, Udalricum de Rozmberg, Alexium de Sternberg in Teyrzow, Hinkonem Hlawacz de Lippa, Fridericum de Kolowrat. Ex parte Utraquistarum. Hasskonem de Waldstein, Hermannum de Landstein alias de Borotin, Hinkonem de Kolstein, Hinkonem Krussina de Lichtemburg, Dionysium Borzek de Miletina, & Ioannem de Smirzicz. Ex MS. Weleslav.*

An. 1435 24 *Iunii.* Status Bohemiæ & Moraviæ Comitia habuerunt Pragæ in Arce, in quibus Cæsarem Sigismundum Regem suum agnoverunt, & acceptarunt; ab his dissenserunt Civitates: Colinum, Neo-Boleslavia, & Taborium. Hagek. f. 408.

An. 1436. 27. *Februar. fuerunt Comitia* generalia *Hæreticorum Pragæ*, in quibus *Ioannes de Rokiczan* Concionator in *Tein*, *Archi-Episcopus Pragensis* declaratus est, & duo Suffraganei addi-

dimenſis, & Wenceslaus de Choczna Parochus Mautenſis. Welesl. in Calendar.

An. 1437. 28. April. Comitia in Arce pragenſi de Regni negotiis, in quibus etiam Status *mortuo Wenceslao* de Choczna adminiſtratore elegerunt *Magiſtrum Krcziſtannum Prachaticenſem Parochum ad S. Michaelem Vetero-Pragæ Rectorem Academiæ, & Mathematicum in Adminiſtratorem, quem & Sigiſmundus Cæſar* confirmavit, illic, tunc præſens, convocatosque ad ſe *Magiſtros & Clerum* luculenta ad pacem, & concordiam oratione adhortatus eſt, Privilegiaque Academiæ confirmavit; ita *Petrus Codicillus. Hagek* vero ſcribit: qnod ipſe *Sigiſmundus* hunc *Adminiſtratorem* conſtituerit, & *Petrum Engliſch* in exilium amandaverit, qui tamen Taborii remanſit; Conradum ad concionem dicere ſub pœna ſubmerſionis vetuerit, quodque Magiſter Ioannes de Rokiczana, æqualia aut majora veritus, Praga ſe ſubduxerit, & Regino-Hradecii uſque ad Regis *Georgii* tempora (id eſt uſque ad An. 1448.) delituerit. Hagek ſ. 410.

An. 1438. 21. Maji *Domini Bohemi*, inter quos Hinko Ptaczek de Pirgſtein, Alexius Holiczky de Sternberg, Sigiſmundus de Dieczin, Petrus Zwirzeticzky, Ioannes de Pernſtein, Hinko de Dube, Georgius de Podiebrad, Ioannes de Smirzicz, Przibik Klenowsky, Beneſs Mokrowasky, Zmrzlikii fratres, Pedrzich Dux Taboritarum & alii complures Domini, & Civitatum Regiarum 24 Legati, inter quos Taborienſes, Comitia celebrarunt *Melnicii* adverſus *Albertum Regem* Hungariæ ab adverſa parte (in qua & Pragenſes erant) in Regem Bohemiæ electum, quem illi acceptare noluerunt, petentes *Caſimirum Wladislai Regis*

Po-

Poloniæ fratrem, pro quo in *Poloniam* miſerunt, verumtamen nihil effecerunt; non pauci *tamen Poloni* in Regnum venerunt. Hanc adverſam ſibi partem *Albertus*, deinde Taborii obſedit. Hagek fol. 410.

An 1443. 6. Ianuarii *Pragæ* de Pace communi agitabantur Comitia, & ut in prædones inquireretur, ſtatutum eſt. Legati etiam ad *Fridericum Cæſarem* pro extradendo *Rege Ladislao* miſſi ſunt ſequentes: *Paczko de Pirgſtein*, *Georgius de Wiſſemburg* ex Dominis: *Iacobus de Wrzezowecz*, *Bohuslaus Koſtka de Poſtupicz*, ex Equitibus, & ex ſingulis Pragenſibus urbibus Senator unus, verum præter ſpem a Cæſare obtinuerunt nihil. Hagek p. 418.

An. 1444. 19. Martii convenerunt *Pragam Ordines Bohemiæ ad Comitia*, in quibus *Ladislaum pro Rege* ſuo acceptarunt, legatosque iterum ad Fridericum ejus *Patruum* pro eo ſibi extradendo miſerunt: Menhardum Haſſek, Ioannem de Smirzicz, Jacobum Wrzeſowecz, & duos ex conſulibus Pragenſibus. Hagek f. 419.

An. 1444. 25. Novemb. Comitia Statuum ſub utraque communicantium *Bohemo-Brodæ* celebrata ſunt, in quibus concluſum, ut *Ladislaus Rex Regimen Regni Bohemiæ* aſſumeret, & ut *Magiſter Ioannes de Rokiczan* Archi-Epiſcopus a Pontifice confirmaretur, & veniens Pragam libere ad concionem diceret. Hic in expenſas in *Legatos* tam ad *Pontificem*, quam *Cæſarem* faciendas indicta Berna ex uno *Laneo* agrorum duo groſſi, & ex ſingulis *domibus* in Civitatibus unus groſſus. Hagek f. 420.

An. 1446. 11. Novemb. *Comitia Generalia omnium Statuum Regni Bohemiæ, Moraviæ, Sileſiæ & aliarum Provinciarum* ad Bohemiam per-

tinentium, Pragæ fuerunt, in quibus conclusum est, ut *Rex Ladislaus* a Cæsare Friderico III. sibi *extraderetur*. Legati ad Cæsarem erant, *Henricus de Straz*, *Albertus de Kolowrat*, *Ioannes de Malowicz*, *Mathias de Chlumczan*, & alii ad Pontificem: Magister Petrus de Mladienowicz, Georgius Sotlik & Wenceslaus Decens Baccalaurei. Hagek fol. 422.

An. 1449. 26. Iulii *Comitia Generalia Statuum Bohemiæ* celebrata Pragæ, actum in iis, ut *Rex Ladislaus* in Regnum induceretur, & controversiæ, inimicitiæque tum inter Clerum Religionis, tum inter Proceres Regni administrationis, finirentur. Nil tamen, ob multas difficultates conclusum est. *Cochlæus. Lib.* 10. *Histor.*

An. 1450. Comitia Pragæ celebrantur, in quibus Georgius Podiebradius *Gubernator Regni* eligitur. Hagek f. 326. Huss.

An. 1452. 23. April. in Comitiis ob hoc Pragam iudictis Status Bohem. elegerunt iterum unanimiter, & confirmarunt *Gubernatorem Regni Bohemiæ Georgium de Podiebrad, & Cunstat*; cui additi sunt Consiliarii *Alexius Zdenko de Sternberg*, *Zdienko Zagicz de Hazumburg*, *Henricus de Michalowicz*, *Ioannes de Smirzicz*, *Nicolaus Trczka de Lippe*, *Ioannes de Suticz*, *Zdienko Kostka de Postupicz*, *Iacobus de Wrzessowicz* &c. Hæc Comitia *Ladislaus Rex* confirmavit *Viennæ* eodem Anno 12. Decemb. MS.

An. 1458. 22. Martii *Status Ducatus Silesiæ* convenerunt Lignicii, ubi fœdus pepigerunt contra *Georgium Regem Bohemiæ*, ne acceptaretur volentes eligere sibi in Regem *Gviliel-mum Ducem Saxoniæ*, qui duxit *Annam Regis Sororem*. Aderant tum ibi: legati *Ducis Gvi-*

liel-

lielmi & Friderici electoris Saxoniæ, qui fœdus acceptarunt, & ſubſcripſerunt, quod deinde 19. Aprilis *Wratislaviæ* confirmatum eſt. Martin. Borek in Hiſt. Boh.

An. 1459. 27. Decemb. *Status Regni Bohemiæ* ex Comitiis generalibus *Pragæ* celebratis, ſcripſerunt *Sileſiis*, ut *Regem Georgium* acceptarent. Si renuerint, non defuturos ſe *Regi*, ut Jus & Dignitas *Coronæ Regni Bohemiæ* integra permaneat. Subſcripſerunt ſua nomina ex Dominis, & Equitibus 24. quos inter primi erant: *Ioannes de Rozmberg Capitaneus Sileſiæ*, *Zdienko de Sternberg Burgravius Pragenſis*, *Henricus de Straze*, regni Præfectus, *Ioannes de Hazmburg aulæ regiæ Judex*, *Burianus Trczka de Lippì Tabularum Regni Cuſtos*, *Wenceslaus de Waleczowa* Sub Camer. &c. Cochlæus L. 12.

An. 1461. 2. Februar. Comitia *Egræ* in confiniis habita ſunt. *Ad Georgium Regem Bohemiæ* fere omnes *Electores*, & *Principes Imperii*, & ex Epiſcopis nonnulli, & *Legati ex Imperii Civitatibus* convenerunt, ubi actum inter eos de pace, quam & concluſerunt. Hagek.

An. 1465. 25. Septemb. Pragæ Comitia celebrata ſunt ſub *Rege Georgio*, in quibus Dominus *Ioannes Zagicz de Hazmburg in Koſt*, & *Jaroslaus de Sternberg in Konopiſt Zdienkonis filius legationem obiverunt* ad *Regem Georgium* Jodoci de *Rozmberg Epiſcopi Wratislavienſis*, & Domini *Ioannis de Rozmberg*, & *amicorum ſuorum*, *qua Regi Georgio obedientiam renuntiarunt*, *poſtquam ad hoc faciendum Conventum celebraſſent* in *viridi Monte*. MS. Hagek fol. 441.

An. 1466. 2. Februar. *Novæ domi*, *Proceres Regni Bohemiæ Regi Georgio adverſantes Comitiæ* agitarunt, & quibus & *aliquæ Civitates*

Bohemiæ, Moraviæ, & Lusatiæ accesserunt. Hoc cognito *Georgius Rex*, collecto milite, & suo & pragensium tredecim eorum Arces obsedit, quarum aliquas etiam expugnavit. Hagek.

An. 1471. 20. Januarii fuerunt Pragæ Comitia, in quibus Georgius Rex quæsivit ex Statibus Bohemiæ, quem se defuncto, in Regem eligere vellent? cui Status hoc responsi dederunt: aliquem se *Casimiri Regis Poloniæ filiorum* in Solium regni elevaturos, eo quod Bohemi a Polonis lingua parum differrent; hoc intellecto *Georgius* consilium eorum approbare vibebatur, sed cum videret nemini suorum filiorum spem Regni supersse, ex publicis regno reditibus eos ditare conabatur, non absque Regni detrimento. Hagek.

§. II.

Summa Comitiorum a morte Georgii Regis, usque ad Regnum Ferdinandi I. Austriaci.

An. 1471. 23. April. quæ erat trigesima dies ab obitu *Georgii Regis*, Comitia habita sunt *Pragæ*. Proceres in diversa abierunt. Zdienko de Sternberg in Konopist, cum multis aliis eligebant *Mathiam Ungariæ Regem*, alii *Wladislaum*, *Casimiri Regis Poloniæ filium*; cum autem inter eos convenire non posset, indicta sunt Comitia. *Kuttenbergam* ad 19. diem Mensis Maji. MS. Hagek f. 445.

A. 1471. 19. Maji Comitia Ordinum Regni Bohemiæ Kuttenbergæ, in quibus post multas controversias, tandem 27. Maji *Regem Bohemiæ* declararunt *Wladislaum Regis Poloniæ* primogenitum, Cæsaris Alberti per *Matrem Nepotem*, & *Cæsaris Sigismundi pro nepotem*.

Mul-

Multi ex proceribus cum Zdienkone de Sternberg *Regem Ungariæ Mathiam* in Regem Bohemiæ eligendum censebant, cui idipsum *Georgio* adhuc vivente polliciti sunt. Hagek fol. 444. Quia autem hæc electio non facta est *Pragæ*, ut moris erat, *Rex Wladislaus* sequenti anno 16. Maji per literas reversales securos reddidit Pragenses, hanc *electionem* Kuttenbergensem, illis nulli præjudicio futuram, nec eorum *Jura* & *Privilegia* labefacturam, adeoque omnia eorum *Jura* & *Privilegia* integra permansura. MS.

An. 1477. 16. Octob. in Comitiis *Kuttenbergensibus*, nonnullæ ex Civitatibus consenserunt pro se pendere *Regi Wladislao album grossum* septem obulos constantem. Quia autem plebs Civitatum consentire nolebat, hic consensus aliarum nullam habeat vim. MS.

An. 1481. 30. Novemb. a Rege Wladislao II. *Statibus Regni Bohemiæ Pragæ* indicta sunt *Comitia*, in quibus comparuere etiam *Principes Minsterbergenses*, *Victorinus*, & *Hinko Regis Georgii* filii. In his Comitiis ad exsolvenda nomina, quæ *Georgius Rex* apud diversos Principes contraxit, qui etiam ejus hac superare *Syngraphas* habuerunt sigillis quorundam *Dominorum*, *Equitum*, & *Pragensium* munitas, *Berna* indicta est, ex vendito modio frumenti cujuslibet duo grossi *Missnenses*, ex braxatura cerevisiæ propinandæ quinquaginta grossi *Missnenses*, quæ *Berna* duratura in annum erat. MS. Hagek fol. 420.

A. 1485. 13. Martii *Rex Wladislaus* convocavit *Status* ad *Comitia Kuttenbergam*, Actum de fide, pace, & concordia, inter sub una, & utraque communicantes, & concluſum, ne

ulla pars alteram, ſive ex *Eccleſiaſticis*, ſive *Secularibus* calumniaretur: ſed concorditer viverent; *Compactata Baſilienſia* in vigore ſubmanerent. *Hæc Decreta in Tabulas Regni relata* ſunt, ad triginta annos vim habitura; *quæ poſt* an. 27. *iterum renovata ſunt, in perpetuum valitura, ut teſtantur Statuta Regni.* In his quoqe *Comitiis* præclarum illud contra alienæ famæ invaſores ſtatuitur, ut qui non probarit, quam alteri impegit infamiam, duabus Septimanis ſedeat captivus in turri, quibus expletis ultro adeat, quem læſit, petatque *Dei* amore, & *B. Virginis* ſibi culpam ignoſci. In defectu rerum Comitialium addam aliquid de Regum transactionibus & Concordia, quæ A. 1491. Poſonii in Appendice rerum ungaricar. ad Bonfinium inita eſt per legatos inter *Maximilianum* I. *Romanorum Regem, & Wladislaum Bohemiæ Ungariæ Regem* recitatur ea ab Joanne *Sambuco* ad verbum, inter alia: *Si ipſum D. Wladislaum Regem Hæredem Maſculum non contingat ſuſcipere, aut ſuſceptum vitæ fungi, nullo hærede Maſculo per lineam deſcendente, poſt eum relicto,* Regnum ipſum cum univerſis aliis Regnis, Provinciis *& Dominiis ad coronam Regni Ungariæ ſpectantibus in ipſam Regiam Rom. Majeſtatem, aut ejus hæredes per lineam rectam ex lumbis ſuis deſcendentem, devolutum intelligatur, ipſo facto. Hæc de ungaria, de Bohemiæ vero hæc ſtatuuntur. Pro ſolidiori perpetuæ hujus unionis fundamento, conventum eſt: quod idem D. Wladislaus Rex circa Regnicolas Regni Bohemiæ laborare, & omnem ſibi poſſibilem dare debebit operam, & ſtudium impendere, quo eosdem inclinet, & in hanc Sententiam trahat, eo ſine Maſculis decedente, hunc D. Maximilianum Regem, aut hæredes ſuos legitimos ex lumbis ſuis de-*

deſcendentes, Regem ſibi præficiant &c. Hæc tum inter Reges concluſa; ad comitia redeamus.

A. 1492. 13. Martii in *Arce Pragenſi Generalia Comitia* celebrarunt *Ordines Bohemiæ*, ubi actum de *latrociniis*, cædibus ac furtis, in viis patrari ſolitis, & eorum fautoribus puniendis. Decretum etiam, eum qui latronem, aut maleficum comprehenderit, nullam famæ ſuæ per hoc jacturam facturum, contrario eum, qui requiſitus id facere recuſaverit, pœnas daturum. Item ſtatutum eſt, ut ſilvæ in ferreis montibus, & in aliis locis, ubi prædonum ſpeluncæ eſſent ad duo Stadia a via Regia exſcinderentur.

Hoc Decretum renovatum eſt A. 1494. in aliis Comitiis.

A. 1494. 19. Febr. Pragæ *Comitia Statuum Bohemiæ*, & *Moraviæ* occaſione legationis *Alexandri* VI. hujus nominis *Pontificis Maximi ad Wladislaum* miſſæ, de unione, concordia in rebus fidei; nam prius *Pragenſes* utriusque *Urbis*, & *Kuttnenſes* ad *Pontificem* ſcripſerunt, innuentes ei deſiderium ſuum, quo S. Matri Eccleſiæ reconciliari exoptabant, & promiſerunt, quod, ut hoc eo citius in opus redigatur, cum Dominis, & Equitibus conferre velint, & *oratores ſuos Romam* allegare, nihilque aliud quam adventum Regis expectare. Quod totum *Bulla Pontificis* ad Regem miſſa includit. Concluſum in iis comitiis eſt, ut *Rex ad Pontificem legatos* mitteret, qui de concordia, juxta compactata cum eo agerent; *legatus* erat *Budæ apud Regem Nicolaus Cola*, quo ad eum perrexerunt *Georgius ex Tein Magiſter*, *Jacobus*, & *Magiſter Procopius* Cancellarius veteris urbis; ſed parum profecerunt. MS. Welesl. in Cal.

An.

An. 1494. 24. Febr. *Ordines Bohemiæ* celebrarunt *Comitia* in *Arce Pragenſi*, actum de prædonibus, & ut vocabant, ne tolerentur, ſed ad proximos carceres, aut in arcem Pragenſem extraderentur. Conſtit. Regni K. 60. 62. L. 18. 26. 27, 30. Z 1. de Judæis. *Relatores ad Tabulas, Henricus de Nova-domo ſupremus Camerarius, & Putha de Rizmburg, & Sſwihow ſupremus Judex Regni Bohemiæ.*

A, 1495. 13. Martii *Ordines Bohemiæ* in Comitiis in Arce Pragenſi præter alios articulos concluſerunt, cum approbatione Regis Wladislai, ut omnes inſcriptiones ad Tabulas Regni, ſive minores, item alienationes. citationes memorialia Bohemico ſcriberentur idiomate, & hoc ut æternum ſervaretur, ſed literæ *Majeſtatis latinæ & germanicæ*, prout primo ſcriptæ ſunt, referrentur. *Relatores* ad *Tabulas Henricus de Nova-Domo Supr. Camerarius*, & Putha de Rizmberg, & Sswihow ſupr. Præfectus Regni Bohemiæ. Statuta Regni F. 7. ex quo colligere eſt, quod prius omues inſcriptiones ad Tabulas Regni latinæ fuerint factæ.

A. 1497, 17. Maji Comitia Statuum Bohemiæ in Arce Pragenſi, in quibus Wladislaus Rex diviſit officia Regni *Dominorum & Equitum* juxta conſtitutiones Regni A. 43.&44.

A. 1500. 22. Novemb. *Pragæ Comitia Statuum*, in quibus præter alia ſtatutum, ut iterum *Archi-Epiſcopus* Bohemiæ reſtitueretur, ſed hæc dilata eſt. Lupac. in Calend.

A. 1502. 11. Novemb. *Comitia* celebrata ſunt *Ordinum Regni Bohemiæ* multæ contentiones inter *Dominos*, & *Equites* ex parte una, & *Civitates* ex altera, ratione *Privilegiorum & Furium* extiterunt. Hagek f. 460.

An.

An. 1502, 15. Novemb. in *Comitiis Generalibus Pragæ* habitis *Domini & Equites*, fœdus inter ſe pepigerunt, & ſubſcripſerunt, ne unquam edictum (*Regis Wladislai* pro concordia inter eos, & Statum Civium factum) interverti ſinerent. *Legati* poſt hoc ad *Tabulas* erant: *Henricus de Nova Domo ſupr. Camer. Regni Bohemiæ, Putha de Rizmberg, & ſupremus Judex, Petrus de Rozmberg, Wilhelmus de Pernſtein ſupr. Aulæ præfectus, Ioannes de Sſenberg* ſupr. Cancellarius Regni Bohemiæ. MS. Hagek f. 460.

A. 1504. 1. Maji indicta *Comitia a Rege Wladislao in Arcem Pragenſem*; magnæ diſſenſiones, & contentiones inter Dominos Equites, & Civitates exarſerunt, nam altiores *Status* ſoli ut ajunt, votabant, & concludebant; *Civitates* hoc admittere noluerunt, & proteſtatæ ſunt, ſe citatos, non comparituros, niſi in his rebus, quæ poſſeſſiones terreſtres, familiam fugitivam, & literas concernant; juxta morem antiquum. Nihilominus multi ex *Dominis & Equitibus Civitatibusque* adhæſerunt. MS. Hagek fol. 461.

A. 1508. 25. Iulii *Pragæ in Arce Comitia Generalia Ordinum Bohemiæ*, in his erant Commiſſarii *Regis Wladislai*: *Ioannes Waradinenſis*, & *Stanislaus Turzo* Olomucenſis Epiſcopi. Actum de concordia inter ordines. In his Comitiis *Epiſcopus Wradinenſis* nova, & particularia *fœdera* & literis, quas inter ſe Status fecerant, irritavit, & ſigilla a litteris avulſit. Hagek fol. 462. Dubraw. L. 32.

A. 1509. 3. Martii in Arce Pragenſi, occaſione coronandi *Regis Ungariæ Ludovici* a *Statibus* celebrata ſunt Comitia. Coronatio poſt decem dies peracta eſt. Adſuit *Friderius*

Caſi-

Hagek & Weleslaw. ad 3. Martii.

Casimirus Marchio Brandeburgicus Onspacensis cum *Sophia Conjuge sua*, quæ erat *Wladislai & Ludovici Amita.*

A. 1512, 28. April. *Comitia Generalia Pragæ* in quibus conventio inter sub una, & utraque communicantes facta: ratificata & confirmata est. Constitutiones Regni. A. 33.

A. 1512. 12. Decemb. *Glatii* Comitia celebrata sunt, a *Bohemis*, *Moravis*, *Silesiis*, & *Hexapolitanis.* Actum de Perduellibus, ne ullibi eis locus concederetur, sed ut serio in eos animadverteretur, nec una gens in eo alteram impediret. *Bohemi* cum *Silesiis* quoad hoc fœdus pepigerunt, ad 15. cum *Moravis* vero *ad* 20. *annos.* Hæc fœdera sigillis majoribus cujusque gentis munita sunt. In iis etiam composuerunt *Wratislavienses* cum *Principe Bartholomæo* Minsterbergico, cui omnes sibi illatas injurias & damna condonarunt. Legati ex *Senatu Urbis veteris erant: Ioannes Hlavsa de Libo-Slav*, & *Georgius Hrdina*; ex novæ urbis Civibus: *Ioannes Rozwoda*, & Bohuslaus Pellio. MS.

A. 1515. 30. Maji Status *Bohemiæ in Arce Pragensi Comitia* celebrarunt, in quibus personam *Regis Wladislai* repræsentabant. *Stanislaus Episcopus Olomucensis* & *Carolus Princeps Minsterbergensis*, *Commissarii Plenipotentiarii.* Actum fuit potissimum de expungendis *debitis Regiis*, ad quod electi quatuor viri, a *Rege primus*, *secundus a Dominis*, *ab Equitibus tertius*, *quartus a Civitatibus Regiis*, hi post juramentum Regi, & Regno præstitum, diligenter reditus Regios custodire, & eo conniti debebant, ut debita restantia, quam primum exsolverentur. Additi his alii *octo*, *duo a Rege*, *alii duo a Dominis*

nis, duo ab Equitibus, duo a Civitatibus, his consilio, & auxilio futuri, & ab illis semper ad S. Galli, & S. Georgii rationes accepturi. Ex reditibus Regiis pendendi erant *Census*, & ex *Berna* certæ quotæ. Quodsi supereſſet quidpiam ex reditibus, eo etiam debita solverentur. Item in alteram Bernam consenserunt, ex uno modio frumenti per unum grossum; & Civitates ex qualibet urna per unum grossum bohemicum. Hæc autem debita postquam intra triennium expuncta fuerint, deinceps *Rex* nullis debitis Arces ad *Coronam Regni Bohemiæ* pertinentes, onerare debet. In iisdem Comitiis *Rex* per eosdem Commissarios sustulit discordias, & dissensiones, quæ inter *Dominos Ordines altiores*, & *Civitates* exortæ fuerant. Hi articuli post duos annos inter articulos Comitiorum eo anno circa festum *S. Wenceslai* celebratorum relati sunt. Welesl. ad 30. Maji.

A. 1516. 13. Decemb. *Rex Ludovicus* post obitum Patris sui *Wladislai* prima *Comitia* indixit *Statibus Bohemiæ in Arcem Pragensem*, ad quæ *Legatos* suos ex *Ungaria* allegavit. Idem præstiterunt *Maximilianus* I. *Cæsar*, & *Sigismundus Rex Poloniæ*, qui adnitebantur *Status Bohemiæ* valde discordes inter se componere, & *Regi Juveni Regnum* pacificare, sed nihil valentes efficere, sequenti anno in *Epiphania Domini*, quisque redivit in Regionem suam. Hagek f. 467.

A. 1517. 6. Octob. die Martis post Festum S. *Wenceslai* celebrata sunt *Comitia in Arce Pragensi*, Rege Ludovico absente; in his omnes *tres Status Bohemiæ* aderant, & invicem in concordiam, & amicitiam rediverunt, & hanc pacificationem *in Tabulas Regni* inscripserunt,

runt, & in *Statuta Regni* impoſuerunt, quæ
Conſt. hodiedum durat, & vocatur apud *Bohemos*:
Reg XI. Smlauwa Swato-Wacſlawſká, quaſi diceres, Transactio S. Wenceslai.

A. 1520. 9. Januar. *Status Bohemiæ* in Arce *Pragenſi* Comitia celebrarunt, *Commiſſarii a Rege Ludovico* aderant: *Epiſcopus Agrienſis*, & *Carolus Princeps Minſterbergicus*. Actum de debitis *Regiis*, & de *Rege Ludovico*, ut in *Regnum* veniret, & præſens Regnum adminiſtraret. Hagek fol. 470.

A. 1520. in Octobri *Comitia* celebrata de *Libertate Regni* plurima ſanciunt, ut non coronetur *Rex* altero vivente, ut non habeat in poteſtate ſua *Tabulas Regni*, ut non ſe immiſceat, quoad *Regni Libertates* juxta Privilegia &c. Articulos illos retulit *Goldaſtus* in Beilagis.

A. 1521. 2. Decemb. *Omnes Status* ad Arcem Pragenſem, ibidem Comitia celebraturi convenerunt, in iis ſanxerunt, ut rogaretur Rex, ut ad ſuum Regnum venire dignaretur, miſerunt ad eum Legatos in Ungariam; ex Dominis: *Wenceslaum Koſsateczky de Kolowrat*, *Michaelem Slavata de Chlum*; ex Equitibus, *Radislaum Berzkowsky de Sſebirzova*, *Henricum Kuttnaur de Kuttnowa*. Ex Pragenſibus: *Vitum Worudka Præfectum Vinearum*, *Ioannem Vopicze de Strzebska*. Hagek f. 471.

A. 1523. 13. Febr. *In Comitiis Generalibus Pragæ Ludovicus Rex Bohemiæ* omnia *officia Regni ſuſpendit*, officiales *juramentis* abſolvit incipiens a *Supremo Burgravio*, & *Judicibus Regni* uſque ad minores officiales; *Tabulas Regni* in ſuam accepit poteſtatem, & rationes officii *Dni Leonis* (erat is Zdienko de Rozmital ſupr. Burgr.) obſignatas aſſervari fecit.

Dein

Dein 3. Martii in aliis Comitiis officia Regni renovavit. *Supremum Burgravium* conſtituit, *D. Ioannem de Wartmberg & in Dub*; & alia officia aliis diſtribuit, qui ea non affectabant. Conſtituit etiam loco *Sui Capitaneum*, & *Gubernatorem* totius Regni *Carolum*, *Principem Minſterbergicum*, *Nepotem Georgii Regis*; unde magnæ exacerbationes animorum inter ſtatus originem habuerunt, etiam adverſus ipſum Regem. Officiales regni, quibus Rex officia ademit, erant ſequentes: *Zdienko Leo de Rozmital*, *ſupremus Burgavius Pragenſis*, *Adalbertus de Pernſtein ſupr. aulæ Præfectus*, *Henricus de Sswihow ſupr. Cancellarius*, *Jaroslaus de Sſelnberg ſupr. Camerarius Regni*, *Wenceslaus Koſſateczky de Kolowrat*, *Aulæ Regiæ Præfectus*, *Oppl de Ficztum Sub Camerarius*, *Radislaus de Ssebirzow ſupr. Scriba*. Ad Tabulas: *Vice-Camerarius*: *Nicolaus Briknar de Brugſtein*; *Vice-Scriba Wenceslaus Robmhap*, &c. MS. Welesl. 13. Febr.

A. 1525. 25. Januarii, Pragæ *Comitia Statuum ſub una, & utraque communicantium*, in quibus præter alios articulos perfecta pax, concordia, & unio animorum inter utramque partem ſancita, & decreta eſt. Welesl. 25 Jan.

A. 1525. 3. Febr. *Comitia Generalia in Arce Pragenſi*, in iis *Ludovicus Rex* per decretum & patentes *officia Regni* immutavit, & iterum illi in eos honores ſunt evecti, qui ante duos annos per Regem ſunt privati; *Zdienko Leo de Rozmital iterum ſupremus Burgravius Pragenſis creatus eſt*, *Jaroslaus de Sſelnberg Camerarius*, *Radislaus Berzkowsky de Ssebirzow ſupremus Scriba*; & ſic ordine usque ad minores officiales, omnes, & ſinguli priſtina officia, & munia receperunt. Hagek.

An. 1525. 8. Novemb. *Colinum* ad *Albim* Comitia indicta a *Rege Ludovico* omnibus *Statibus Regni*, exceptis *Carolo Principe Minsterbergico Capitaneo Regni Bohemiæ*, *Zdienkone de Rozmital supr. Burgravio*, & Pragensibus; causa erat, quod decreta Regia, quæ frequenter *Pragam* dabat de captivis, & exulibus, in nullo executioni mandabantur.

Hist. Prag.

A. 1526. 8. Octob. post infelicem obitum *Ludovici Regis*, initium datum *Comitiis Generalibus in Arce Pragensi*, in his inter alia conclusum fuit. *Primo*: *Regem* non debere *Tabulas Regni* sub sua potestate habere, nec in eas ullum jus sibi arrogare, quod in *constitutionibus Regni* vetatur. *Secundo*: eundem nullum jus habere, alicui officium, & munus publicum rapere, absque justa dijudicatione *Præsidum & Judicum* terræ, & aliorum *Tribunalium Regni*. *Tertio*: ne liceat ulli quempiam ad externum Tribunal citare aut evocare, ob quamcunque causam, ne quidem Regi ipsi. *Quarto*: ut Rex communiter in Regno resideat; quodsi e Regno tantisper abire necessum foret, illud committeret gubernandum *incolis Regni Bohemiæ*, cum consilio Comitiorum. *Quinto*: nemo esset *Consiliarius Regis* in rebus *Regnum* concernentibus, nisi homo *Patrius*. *Sexto*: ne *Rex* eos, qui sub una specie, nec illos sub utraque qui communicant ullo modo affligat, quin apud *Cæsarem* sollicitet, ut proxime terræ, per concilium ad unitatem Christianam revocentur. *Septimo*: ne Rex ullum *Presbyterum uxorem ducere sinat*; nec alias *petulantias*, & *peccata publica* subditis, ac familiæ suæ, nec *Blasphemias* contra *Sacramenta*, B. *Virginem*, *Sanctos*, nec carnium esum diebus

esu-

esurialibus; nec labores diebus *Dominicis* & *Festis* ullo modo fieri patiatur, aut impunitos (si qui peccaverint) esse sinat. *Octavo*: ebrietates, & publicas compotationes, ne ab ullo statu, familia, aut subditis comitti indulgeat, cum sit res indecens, inhonesta, & Deo, & hominibus exosa. MS. In his comitiis, quæ ad 24. Octob. protracta sunt, declaratus est *Rex, Ferdinandus Archi-Dux Austriæ Regis Ludovici affinis* 24. *Octob.*

§ III.

Comitiorum Summa sub Ferdinando I. *Rege, ac Cæsare.*

Ferdinando *Primo, Rege Bohemiæ* coronato, prima Comitia Pragæ A. 1527. habita sunt, in iis admonent *Ordines Bohemiæ Ferdinandum* I. in Comitiis præsentem, ut ratio ineatur, *Opoliensem Silesiæ Ducatum* recipiendi. Item *Oppaviensem* a *Regno* avelli non posse, datam esse a Regno Bohemiæ grandem pecuniam *Regi Poloniæ* pro eo redimendo. Item debere imponi *Opparienſis Ducatus*, & aliorum per *Silesiam*, nominatim *Glogoviæ*, Capitaneos *Bohemos*. Rogant etiam *Regem*, ut *monetæ* reformandæ curam suscipiat, quæ jam non parum de probitate amiserit; ut non conferantur officia Regni exteris, maxime in *Cancellaria*, ut Rex in rebus *Bohemicis* utatur consilio *Patriorum* hominum, sicut Ordines non desiderant se immiscere alienis Consiliis, & negotiis *Provinciarum* extra Regnum positarum. Hæc ex Slavata Cancellario ad An. 1534.

A. 1528. *In Comitiis* Pragæ habitis præter alia ſtatuitur, ne *Comites Sslikii* monetam cudant, niſi prius jus ſuum probent. Slavata.

Anno eodem habita ſunt *Comitia*, ſed in iis nihil ſingulare ſtatuitur.

A. 1529. 8. Julii *Comitia Budvicii*, ex quibus *Ferdinandus Rex Vetero-Pragenſibus Decretum miſit*, in quo *Magiſtrum Gallum Czacheram Zateczenſem, adminiſtratorem Conſiſtorii Pragenſis* ſub utraque, *Praga* ante ſolis occaſum, *ex Regno Bohemiæ* intra ſex dies, tandem intra duarum hebdomadarum ſpatium ex omnibus hæreditariis terris abire juſſit, & decrevit. Hiſt. Prag. lib. 4. Rationem ejus exilii addit Weleslaw. fol. 418. quod cum ſimul eſſet *Parochus in Tein*, ſeditioſas & turbulentas conciones habuerit. Hiſt. Prag. L. 4. c. 30. Item cum *Vienna* jam eſſet obſeſſa a Turcis, promittunt Regi Ordines ex mille ſexagenis groſſorum bohemicorum. 4. Equites. videantur quæ paulo poſt ſcribam de militia. § 9.

A. 1530. *Comitia Regni* in ſubſidium *Regi* promittunt adverſus Turcas quinquaginta millia ſexag. groſſorum Bohemicorum. Slavata.

A. 1531. Comitia *Pragæ* habentur, quibus ipſe *Ferdinandus* I. interfuit, magna ſubſidia collata in bellum Turcicum. Item Commiſſarii nominantur ex tribus ordinibus, pro conſervatione publicæ ſecuritatis, & pacis. Slavata. *Eodem anno altera Comitia*, in quibus multis agitur de correctione monetæ, & Rex modeſte monetur, ne ad officia regni exteros admittat.

A. 1532. *Præſente Rege Ferdinando Pragæ* octava *Comitia* celebrantur, & ordinatur: tota militia Bohemorum mittenda adverſus *Tur-*

cas; illud notabile, ut ſtipendia militibus ſingulis ſeptimanis ſolvantur, quia alias, ſi in longum differantur, miles ludendo omnia perdit. Item ſtatuitur, ut Monetæ Præfectus Cuttnæ ſit homo Patrius. Slavata.

A. 1533. nulla habita ſunt Comitia.

An, 1534. 2. Martii *Comitia Pragæ in Arce*, in quibus conſenſum in *Bernam* ex uno modio tritici unus *groſſus bohemicus*, ex urna albæ cereviſiæ unus groſſus, ex cereviſiæ hordeaceæ (quæ venalis eſſet) duo groſſi, ex bove in limitibus 4. groſſi, ex bobus, verveecibus, capris per quatuor nummos bohemicos, ex porcis per groſſum, ex equis, & equabus per decem groſſos. Item ut Anabaptiſtæ pellantur, & niſi reſipiſcere vellent, etiam vita tollantur. Item multa de fodinis auri & argenti ſtatuuntur, rogatur Rex, ut eas habeat commendatas, easque curet erigi; reliquit autem *Rex* Bohemis, qui fodinas colunt, *æs*, *ſtannum*, *ferrum*, *plumbum & nitrum* in omne futurum tempus. Conſtitutiones Regni W. I.

A. 1537. 5. Martii, Agebantur Comitia Statuum in Arce Pragenſi, in quibus Rex *petiit, ut ordines cum Conrado Kragirzio tranſigant ratione* arcis Brunduſienſis una cum pertinentiis, ita ut eam juſto pretio accepto, Regno cederet, quæ deinceps bonis Regalibus adjiceretur. Promittunt Ordines ſe daturos 25. millia ſexagenarum, & in Ungariam mille equites, & quatuor peditum millia pro ſubſidio miſſuros. Multa hic de contributionis ordine ad hanc militiam, & additur in fine: ſpontaneam hanc eſſe pecuniæ dationem, & militum conſcriptionem. Slawata in MS.

A. 1538. bis Comitia celebrata ſunt Pragæ. Nominantur eligendi Duçes vel Generales militiæ Bohemiæ in Ungaria, ex quibus Rex quem volet eligat, nimirum:

Wilhelmus Sſwihowsky
Brzetislaus Sſwihowsky
Adamus Rziczansky

Ex Equitibus

Ioannes Boren
Wenceslaus Chlumczansky
Henricus Czechl de Proſtiborz
Wenceslaus Pietipesky. Hunc ultimum Rex elegit.

Multa hic quoque de moneta reformanda ſtatuuntur, hæc Comitia celebrata ſunt poſt Dominicam in Albis.

Eodem anno die lunæ *poſt S. Laurentium* celebravit *Rex Ferdinandus* præſens Comitia Pragæ; quorum Slavata recitat compendium, nihil admodum ſingulare ſtatutum.

A. 1539. *Ferdinandus Rex Pragæ die lunæ* poſt *S. Georgium ipſe* præſens Comitia celebrat, magnum auxilium ei contra *Turcam* promittitur ab ordinibus. Illud peculiare ſtatuitur, ut ſi quis Judæus tempore *Comitiorum* in *Palatio* inveniatur, protinus *in Daliborcam* (carcer eſt) includatur.

A. 1540. 19. Januarii erant Comitia in Arce Pragenſi *Rege Ferdinando præſente*, in his conſenſerunt *Bernam* omnes Status Regi pendere ex centum Sexagenis quadraginta groſſos, & ex univerſo *Regno* trecentos equos. Item rogatur Rex, ut ſuis creditoribus, quod debet, exſolvat; admittuntur in Regni incolas Domini: Wydbach, & Salhauſen. A.

A. 1541. 5. Decemb. *In Arce Pragenſi* in *Regis Ferdinandi* præſentia, Status habuerunt *Comitia*. Actum primario de *Berna* contra Turcam, & de ſubordinatione militarium officiorum, *ſupr. militiæ Duce*, *Zdislao Berca*, *ſupr. Regni Præfecto*. In iis Comitiis reſtitutæ ſunt aliæ *Tabulæ Regni*, hoc anno incendio conſumptæ, quæ erectio typis dein mandata eſt. In qua nova conſtitutione hic eſt penultimus Articulus: Pragenſes, & Montanarum Civitatum incolæ, libere in *Tabulas Regni* referrent, quidquid ſibi vel Communitati Dominiorum liberorum emerent, quæ illorum ſunt Privilegia, quibusque illi ab antiquo gaudebant. Item teſtamenta eorum ſine ulteriore ad Regem relatione intabularentur; aliæ autem Civitates, ſi hac gratia gaudere vellent, prius id ad Regem referretur. Conſtit. Regni L. D. 39. X. 3. item in iisdem Comitiis ſub gravibus pœnis prohibetur labor ſervilis in feſtis *B. Virginis & Apoſtolorum*, & abſtineatur a popinis adeundis, prohibetur muſica, & choreæ &c. durante belli tempore. Rurſus 4. Decemb. habita ſunt *Comitia totius Regni Bohemiæ*, ad quæ miſſi ſunt delegati Moraviæ, Sileſiæ, Luſatiæ, collectus eſt inſignis exercitus, cujus ſummus Dux, quem ante nominavi, *Zdislaus Berka*, Peditum dux *Wenceslaus Pietipesky*. In iisdem Comitiis, præſente Rege, Judæi omnes Bohemia exeſſe juſſi ſunt, ſed gratiam impetrarunt.

A. 1542. 20. Martii Rex Ferdinandus Comitia Pragæ celebravit, ſtatutum, ut ex mille ſexagenis octo darentur. Eodem anno ad 24. Aprilis celebrata ſunt iterum Comitia, & Rex pecuniam ſibi concedi poſtulavit, conceſſa ſunt ab ordinibus quinquaginta millia

Rhenenſium; multa conſtituuntur de militia. Judæi iterum proſcribuntur, ſed poſtea ad unum annum manſionem impetrarunt, quod tempus in hodiernum diem protrahitur.

A. 1543. 30. April. In eadem Arce Pragenſi *Comitia Statuum Regni Bohemiæ*, ubi ſancitum, ut *Tabulæ Regni* poſt incendium in eodem loco ſervarentur, ubi antè, ſed ita cuſtodirentur, ne impoſterum ullum detrimentum capere poſſent. *Tabularum duo Exemplaria* ut eſſent, quorum unum in *Carlſtein*, alterum *Pragæ* aſſervaretur, ut ſi unum perire contingeret, alterum ſupereſſet. 2do. ne impoſterum ex decem ſexagenis fœnoris una daretur, verum ex centum ſexagenis groſſorum bohemicorum ſex ſexagenæ, & ex mille ſexaginta penderentur. Hic articulus repetitus in Comitiis Anni 1545. vide Conſtit. Regni B. 21. Q. 7. W. 13. P. 12. Item colligitur nova militia Bohemorum, cujus Generalis nominatur *Dominus Wolff Kragirz Burgravius Regni. Ordinantur* deinde, & conſignantur omnia ſingulorum *Tribunalium* tempora, quæ digna ſunt lectu. Lignicenſis moneta adhuc uſque ad *S. Iacobi feſtum* valeat, deinde prohibita cenſeatur. *Tertia Comitia Rege præſente* habita 26. Septemb. ſed exorta difficultate inter *Ordines Regni*, & *officiales Regni* de Sigillo, ſunt abrupta, neque finiri potuerunt.

A. 1544. 7. Januarii in præſentia *Regis Ferdinandi Comitia Status Bohemiæ* in Arce Pragenſi celebrarunt, inter alia deliberatum, quomodo ſubjecti a peccatis publicis, & nefariis actionibus averti, ac ad virtutem, honeſtateque conſpicuam vitam induci poſſint. Decretum, ne ullus ſub pœna conſtituta bom-

bar-

bardas geſtaret. De moneta, ut Ducatus Ungaricus, centum, & quihque cruciferis æquivaleret, Florenus Rhenenſis 72 cruciferis, Imperialis Joachimſthalenſis 70. cruciferis, groſſus Bohemicus tribus cruciferis æſtimarentur. Conſtit. Regni W. 14.

A. 1545. 7. Januarii iterum Comitia in Arce Pragenſi fuerunt. Conſtitutum 1. ut peccata. & nefarii actus per Magiſtratum punirentur, & qui ne ſic abſtinere vellet, is ad Regem, vel Judicium regni deferretur. 2do. Presbyteri perdite viventes, ut ab Adminiſtratoribus ſuis puniantur. 3tio. Ruſtici adulteri ad infamem columnam virgis cæderentur, & ſtigmatibus notarentur. 4to. ſuperfluæ compotationes & ebrietates prohiberentur tanquam abominabilia. Item encænia, luxus in veſtitu apud ſubditos. 5to. Anabaptiſtæ Regno pellerentur & pauperes in hoſpitalibus alerentur. 6to. de moneta, & grano in Bohemia. 7o. feuda Principalia Rex in Arce Pragenſi aut alibi in Bohemia tantum conferret. 8vo. Jura municipalia typis mandarentur. 9no. Judæis adhuc uno anno in Bohemia permittitur. 10. Juvenes prodigi rerum ſuarum cöercerentur, & qui eis mutuum quid concederet, ſine ſcitu parentum, aut tutorum, id amitteret. Vide Conſtit. Regni A. 4. 13. 14. R. 18. W. 15.

A. 1545. 17. Auguſti in *Arce Pragenſi præſente Rege Ferdinando* Comitia habebantur a *Statibus*, in his præter multa alia, actum eſt de literis quibusdam *trium Electorum*, a quibus Sigilla deciderant, ut a Cæſare renovarentur: erant autem in iis *Privilegia Caroli* IV. quibus facultatem dabat *Regibus Bohemiæ*, ut bona in *Imperio emere poſſent*. Item petitur a *Rege*, ne

ali-

alienigenis munia a *Rege* conferrentur. De *Archi-Episcopo*, qui & sub una, & sub utraque Sacerdotes ordinaret, ut constitueretur *Archi-Episcopus Ioannes de Hazmburg*, *Præceptor filiorum Regis*, *Præpositus Litomiericensis*. De *Academia Pragensi*. Ex juramento Burgravii Carlsteinensis ut expungeretur, quod filii delicta parentum luere debeant. Ne toleretur moneta deterior, & multa alia, quæ vide in *Constitut. Regni* A. 43. L. 3. V. 6. P. 1. W. 16. Et hæc sunt *Statuta* in *duplicibus* Comitiis eo anno celebratis; additur etiam, ut Arx Carlsteinensis reparetur; ut prohibeatur moneta *Prutenica*, *Marchica*, *Brandeburgica*, *Lignicensis*, rogatur *Rex*, ut parvam pecuniam pro pauperibus excudi curet.

A. 1546. 27 Julii in *præsentia Regis Ferdinandi Comitia in Arce Pragensi* indicta, consurrectio universalis contra *Turcam*, aut quemcunque alium, qui Regno nocere vellet; ex duobus millibus sexagenarum grossorum bohemicorum conduceretur unus eques, & quatuor pedites. 2do. ex urna cerevisiæ pro Aulæ sustentatione 1. grossus, per 4 annos, & etiam ex hordeacea cerevisia, ex una sexagena Misnensi undecim oboli. 3tio. Confœderationes cum Saxoniæ Principe *Mauritio* renovarentur.

A. 1547. 20 Maji Rege absente Status Comitia habuerunt in *Arce Pragensi*, legati ad Regem cum instructione missi, *Adamus de Sternberg in Zelena hora Burgravius Carlsteinensis*, *Ioachimus de Novadomo*, *Wenceslaus Zeuschitzky de Nestagow in Zeuschitz*, *Ioannes Wrabsky de Wrab in Drzewczicz*, *Wenceslaus Strzibsky de Rowin*, *Ioannes Pamphilus*. 2. *Iudicia Regni majora*, & *minora* dilata ad festum S. Hieronymi

nymi. 3. Inſcriptiones, & Patentes obſignatæ, ut ad ciſtam ponerentur, & cum clavibus apud *Tabulas Regni* aſſervarentur. 4. Paſquillos ne ullus ſpargeret, aut affigeret, nec ſchedulas proditorias; qui deprehenderetur, a carnifice pœnam ſuſtineret.

A. 1547. 23 Auguſti præſente *Rege celebrarunt in arce Pragen. ordines Bohemiæ Comitia*, inter multos hi primarii ſtatuti articuli: 1. ordo, & jus ut ſuam vim haberent. 2. clancularia fœdera a quoquam contra *Regem*, *Hæredes* ejus, & jura ne cuderentur ſub pœna capitis. 3. *Ad Tribunal Regni* ut Rex cum conſilio *Supremorum Præſidum* ſolos aptos *Bohemos* imponeret. 4. Comitiorum indictio ſolius Regis eſſet, & nullus eandem indicere ſub pœna capitis attentaret. 5. Quod ſervitutem extra Regnum attinet, id penes antiquum ſtatutum Regni F. 16. maneret. 6. Quoad vero *Hæredes Regis*, id juxta *Bullam auream Caroli* IV. *Majeſtales Wladislai Regis*, & *Reverſales Ferdinandi* ſub dato 1545 anno in Arce Pragenſi ſervaretur. 7. *Rex Bohemiæ* poteſtatem haberet, ordinare, & ſancire omnia, quæ ſibi, hæredibus, & Regno proficua eſſent, dummodo Legibus, & *Juribus* ejusdem *Regni* non adverſarentur. 8. Iudicium de fama, & vita fieret juxta *Statuta Regni* nova D. 2. ut de infamatione quilibet poſſit quemcunque coram *Rege*, aut *Tribunali Regio* accuſare, & reum peragere, hoc tamen ut *Rex* ipſe (ſi in Regno ſit) cum *Præſidibus*, & *Judicibus Regni* & *Conſiliariis Judicii Aulici* dijudicet; ſi abſit, ut non aliis quam Judicio regni dijudicandum relinquat. 9. In cauſis ſervorum & opificum Judices conſtituerentur, unus ex *Dominis*, unus ex *Equitibus*, *Pragæ ex Vete-*

Veteri duo, & ex *Nova* urbe itidem Iudices duo. 10. de Regiſtratione, correctione, & deſcriptione Privilegiorum, & Immunitatum Regni alterum exemplar ut apud *Tabulas* deponeretur, Sigillis officialium *Regni* munitum, tertium in Originali deponatur in Carlſtein. 11. Iudicium Regni fieret juxta Conſtitutiones Regni. 12. Privilegia Regni ut intabularentur. 13. *Regis Sententia*, quæ lata eſt inter *Status Regni Bohemiæ*, & *Fridericum Ducem Lignicenſem*, manuteneretur, licet ad arma veniendum foret. 14. ad monetæ & grani inſpectionem ex quolibet Statu tres delegerentur. 15. Item ad *Conſtitutionum Regni* correctionem: ex civili Statu autem non niſi ad hos articulos, qui eos concernerent. 16. Rex daret reverſales ratione bernæ. & penſionis cereviſiariæ, ac debita Statibus ſolveret. 17. Subditi ne bombardas in via haberent, nec ii, qui cives non eſſent. 18. Confœderationes cum Mauritio Saxone confirmantur. 19. In prædones, & otioſos, a Diſtrictuum Capitaneis inquireretur; item in vagos, mendicos, & paſtores. 20. *Erneſtus Dux Bavariæ Archi-Epiſcopus Salisburgenſis*, acceptatur pro incola *Regni*, & indultum eſt ei, ut Comitatum Glacenſem a D. Ioanne de Pernſtein emere poſſet. 21. Florianus Griespek optimæ famæ pronunciatus, & ea calumnia, qua ſuperioribus Comitiis ab aliquibus affectus erat, abſolvitur.

A. 1549. In Comitiis declaratus eſt in *Regem Bohemiæ* major natu Filius *Cæſaris Ferdinandi*, *Maximilianus*, recitatur apud *Slavatam* decretum ex *Regni Tabulis*: ut prius juret, ſe *Privilegia Regni* conſervaturum. Item, ut

non

non attingat Rempublicam vivente Patre. Item ut habitet in *Regno*, & *Bohemos Consiliarios* & *Aulicos habeat*. Cum iis bonis novis missus est ad *Maximilianum in Hispaniam Henricus de Waldstein*. Denuo petiere Ordines, ut *Archi-Episcopus* restitueretur.

A. 1552. 4 Januar. Comitia Statuum *Bohemiæ*, *Moraviæ*, *Silesiæ*, *Lusatiæ* in *Arce Pragensi Rege Ferdinando præsente*. *Consensum* in iis in *Bernam* contra *Turcam* juxta *taxam*. Ex uno mille sexagenarum grossorum bohemicorum duodecim sexagenæ, & pensio ex una urna cerevisiæ duo grosi pendendi erant.

Item Ducatus *Opolienſis*, & *Ratiborienſis* oppignorati *Duci Georgio Brandeburgico*, pro centum octoginta tribus millibus, trecentis triginta tribus florenis vngaricis, ut exsolverentur, & *Principi Ioanni*, *Ioannis Regis Vngariæ Filio* juxta pactum in *feudum Regni Bohemiæ* traderentur. Statutum idem est de Clericis, & sub una, & sub utraque, ut testamenta libere facerent. Quod si quis ante mortem testamentum minime condidisset, ejus bona trifariam dividerentur, 1ma portio Ecclesiæ, 2da Domino, qui Collator esset, 3tia Amicis, aut in defectu horum, pauperibus, aut aliis piis operibus, impenderetur. Hæc Comitia deinde Ferdinandus confirmavit sub dato 21 Januarii.

A. 1553. 20 Febr. *Archi-Duce Ferdinando præsente* celebrata sunt *Comitia in Arce Pragensi*. Consenserunt Ordines: ut ex *mille sexagenis grossorum bohemicorum duodecim sexagenæ* penderentur in bellum Turcicum. *Ducatus Saganensis*, & bona, quæ *defuncto Christophoro de Bibrstein* ad Regem reciderunt; & pactum, quod *Rex* cum tutoribus ejus fecit, confirmantur.

Nul-

Nullo modo autem hæc bona, ne in minimo quidem a Corona Regni abalienarentur. Enumerantur *Domini*, qui ſe Comitiis ſubſcripſerunt; ſcilicet: ſexaginta *Domini* ſeu *Barones*, & centum quinquaginta *Equites*.

A. 1554. 27. Auguſti Convenerunt Status *Bohemiæ* in Arcem *Pragenſem* ad Comitia; conſenſerunt dare *Bernam* contra *Turcam* juxta taxam. Status ex uno mille tres ſexagenas groſſorum bohemicorum, & ex pecunia in cenſibus totidem, ſubditi tantum tres ſexagenas groſſorum bohemicorum. 2. Ex urna albæ, hordeaceæ cereviſiæ duo groſſi penderentur, ad triennium. 3. Menſuræ frumenti ulnæ, & pondera in antiquo ſtatu manerent. 4. indultum Archi-Duci Ferdinando, ut Carlſtein viſitaret, & Coronam cum reliquiis, & theſauro inſpiceret, additi tamen ſunt ei ex *Dominis* ſex, totidem ex *Equitibus*, qui ſimul *Privilegia*, hactenus apud *Tabulas Regni* depoſita eo aſportarent: Burgravius Carlſteinenſis, tum erat Sebaſtianus Marquard de Hradek in Nekmirz. 5. Cingari ex Regno pellerentur.

A. 1556. 15 April. celebrata Comitia in *Arce Pragenſi* a *Statibus Regni Bohemiæ*, *Marchionatus Moraviæ*, *Ducatus Sileſiæ*, & *Marchionatus Luſatiæ* in præſentia *Regis Ferdinandi* I. prohibitæ compotationes ſub pœna decem ſexagenarum groſſorum bohemicorum, qui vero non eſſet ſolvendo in ære, lueret in pelle, & duabus hebdomadis in rubra turri detineretur. Multa alia decreta ſunt, quæ refert Weleslawinus ad 15. April. Conſentiunt Ordines, ſi *Rex* aut Filii ejus contra *Turcam* proficiſcerentur, eum omnes *Nobiles* comitaturos. Multa hic de ſtipendiis, & ordine militiæ.

Item

Item prohibetur novus veſtium habitus. De ulnis, menſuris, & ponderibus ſignandis. Artificum ſocii die lunæ non otientur, ſed laborent; ut bona moneta cudatur; ut Pragenſis Univerſitas erigatur, & vetus ſplendor ſtudiorum reſtituatur. &c.

A. 1557. 29 Martii *in Arce Pragenſi Comitia Generalia Statuum Bohemiæ*, & pertinentiarum, in præſentia *Regis Ferdinandi.* Conſenſum eſt in *Bernam* juxta taxam, & penſionem ex cereviſia, ex qualibet urna duos groſſos ad triennium ad exſolvenda debita Regia; actum etiam a Statibus, de componendis *Conſtitutionibus Regni*, quæ in certis articulis diſcordare videbantur, ad quod etiam certi delegati ſunt, præterea de moneta extera, & invalida, ut e *Regno* proſcriberetur, & Rex commutationem illius aſſignaret. De alienigenis, qui bona in Bohemia a Rege impetrarunt. De Feudo, an dandum ſit Principibus Vinarienſibus. *De Limitibus Regni Bavariam verſus. Electus eſt arbiter, Melchior Epiſcopus Herbipolenſis*, hic quod alterutri adjudicaret, ejus maneret. *Rex Bohemiæ* ex ſua parte mitteret ad hoc negotium *Auguſtum Electorem Saxoniæ*, & *Georgium Epiſcopum Bambergenſem*, hac conditione, ut ille arbiter quique ipſi adjuncti eſſent, non audirent litem illam, nec ulla jura ſive Imperii, ſive Bohemiæ in hoc reſpicerent; ſed prout coram vidiſſent, arbitrium ferrent. De Kuttenberga, ut in ſubſidium fodinarum darentur quinque millia ſexagenarum Miſnenſium. De limitibus cum Electore Saxoniæ, &c. Welesl. L. Cit. Notandum ex Slavata: Doctores, & Nobiles, qui Conſtitutiones explicabant, quotidie hora decima bohemica

mane

mane coveniebant, ſedebantque ad 17 horam, & quæ putarunt emendanda, in Comitiis deinde proponebantur.

A. 1558. 2 Ianuarii *Rex Ferdinandus adfuit Comitiis Statuum in Arce Pragenſi. Conſenſum in Bernam dimidii anni* contra *Turcam*, ex uno mille ſexagenarum groſſorum bohemicorum, ſex ſexagenas. Actum dein de bonis *Eccleſiæ Cathedralis & Capituli*, ne ullo modo abalienarentur, quod autem jam abalienatum eſſet, id, prout eſt, relinqueretur. Idemque de omnibus bonis *Eccleſiaſticis in Bohemia*, ſtatuerunt.

Eodem anno, die 10 Novemb, iterum in præſentia *Regis Ferdinandi* celebrata ſunt *Comitia a Statibus in Arce Pragenſi*, ibi conſenſerunt dare contra *Turcam*, ex uno mille duodecim ſexagenas groſſorum *bohemicorum*, & ex urna cereviſiæ tres groſſos. 2do. Si *Cæſar*, aut ejus *Filius aliquis* in perſona comparuerit *in Caſtris contra Turcam*, promiſerunt *Status Bohemiæ*, ſe illum illico ſecuturos. *Bernam tamen*, quam dare deberent, ſibi pro neceſſitate relicturos. 3tio. De *Statutis Regni & Juribus* prout in aliis Comitiis actum. Item de moneta invalida, ut e Regno exſtirparetur, quod ſi eam nollet ipſe Rex permutare, id aliquibus ex Bohemis concederet; iterum actum de Limitibus *Bohemiæ*, & *Bavariæ*, & arbiter hujus rei, loco *Melchioris Zobel Epiſcopi* fato functi, electus eſt ejus *Succeſſor Epiſcopus Wirtzburgenſis Fridericus de Wirsberg de Guttenberg*. De *Aggeribus in Albi*, & aliis fluviis. Pœna ſtatuta centum ſexagenarum groſſorum bohemicorum iis, qui media etiam ulna altius (quam deſignatum eſſet) aggeres ſtruerent. Prohibi-

tum

tum fuit, ne quis ex Bohemia evehat polentam, & hordeum ficcum. Decernitur item, ut *Doctori Mathiolo* edenti Herbarium *bohemicum* ducentæ quinquaginta ſexagenæ bohemicorum groſſorum numerarentur. Slavata in Mſ. addit illum Articulum de bonis Eccleſiaſticis *Ferdinandum* II. in *Novellis* omitti juſſiſſe, & pecuniam *Salis* loco reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum aſſignaſſe, quæ ad 50. millia florenorum annua ſolebat aſcendere.

Eodem anno 1558. die Jovis ante *S. Martinum*, *Cæſare Ferdinando* præſente, in Comitiis proteſtantur *Ordines* ſe jam tanta auxilia pecuniæ, & militum Regi in Hungarica bella obtuliſſe, ut jam plura præſtare non poſſint, ut tamen Rex videat *Ordinum* erga *ſe* affectum, promittunt per triennium daturos ex duobus millibus ſexagenarum 12. ſexagenas groſſorum, nihilque amplius. Slavata.

A. 1561. 2 Octob. Comitia habuerunt *Status Bohemiæ*, in *Arce Pragenſi*, *Cæſare Ferdinando* præſente. 1. Conſenſum in *Bernam* juxta taxam, & ex cereviſiæ urna per duos groſſos, & *Regi Maximiliano* per unum, ad duos annos. 2. *Reverſalia* bonorum *Feudalium* in *Imperio*, ad Regnum pertinentium, ut in Carlſtein revideantur. Ad hoc delegati ſolum ex altiori Statu. *Archi-ducibus Ferdinando & Carolo*, item *Conſiliariis*, *& officialibus* eorundem & ex ſingulis urbibus Pragenſibus indultum: ut in Carlſtein pergere, & in Sacello Reliquias, Coronam, & alia Clenodia ſpectare poſſent. 3. *renovata obligatio, ſi Cæſar, aut Filius* aliquis ejuſdem in perſona contra *Turcam* exercitum duceret. 4. De *Statutis Regni* & pro more, loco defunctorum, aut

infirmorum Reviſores electi alii. Item alii electi, qui Iura civilia reviderent, & corrigerent. 5. De fodinis, & metallis deſtinati ex *Dominis ſeptem*, *totidem ex Equitibus*, qui cum Cæſare ea inſpicerent, ante ejus ex Regno diſceſſum. 6. Evectio frumenti extra *Bohemiam* vetita. 7. De familiæ, & opificum ſociorum pœnis conſtitutum. 8. ratione limitum, quos alienigenæ transgrederentur, id ut inhiberetur, & ablata Coronæ redderentur, eſt conſtitutum. 9. Perduelles hujus Regni ne a Saxone foverentur. 10. De viis regiis, maxima *na* Wodách præſertim in *Egram*, de *Venationibus* ut ſervarentur *ſtatuta Regni* T. 6. 11. qui Telonia habent, ii diligenter vias repararent, alias damna inde provenientia viatoribus ſoluturi. 12. ut *Fundatio Doctoris Franciſci* pro lectione *Homerica* in *Carolino* pendatur *Magiſtro Mathæo Collino*.

A. 1562. 9. Sept. in præſentia *Cæſaris Ferdinandi* & *Regis Maximiliani* in *Arce Pragenſi Comitia* fuerunt: in his ſtatutum, ut *Maximilianus Rex electus*, præſtito prius de more Juramento, & Privilegiis, ac immunitatibus Regni confirmatis, proximo Dominico die coronaretur, & Regina Conjux ejus ſequente die lunæ. *Bernæ Neo-Regi* dimidium annualis tributi, & alterum dimidium *Reginæ* promiſſum non ex obligatione, ſed amore. Welesl.

A. 1564. 26 Ianuar. in Arce Pragenſi, præsente ſolum *Rege Maximiliano* (nam *Ferdinandus Cæſar* jam ægrotaverat) Status habuerunt *Comitia*, conſenſum eſt in *Bernam* contra *Turcam* juxta taxam per duos annos. Item ex cereviſia per duos groſſos bohemicos *Cæſari*, & *Regi* per unum, cum hac tamen conditione,

ut

ut in ſequentem annum Comitia indicerentur, in quibus modus inveniretur, quo hæc *Berna*, ſine taxatione bonorum dari poſſet, ſi *Rex* in perſona perrexerit ad belluin promiſerunt Status ſe eum non deſerturos, ſed Bernam pro ſe relicturos.

§ IV.

Comitia ſub Maximiliano & Rudolpho.

An. 1565. 30. Iunii iterum in *Arce Pragenſi Comitia Statuum*, præſente *Ferdinando Archi-duce Cæſaris Maximiliani loco*, decretum 1. *Berna* daretur contra Turcam juxta taxam. 2. *Conſiliarios belli* ipſe *Cæſar* ſibi eligeret, & procuraret, ſi vero in perſona contra *Turcam*, vel *Tranſilvanum* perrexerit, perrecturos ſe ſtatus promiſerunt, ſed Bernam non daturos. 3. milites pro cuſtodia Regni procurandos eſſe. 4. hordeum & triticum ne ullus e Regno eveheret, ſub pœna amiſſionis ejusdem frumenti, exceptis Diſtrictibus Zatecenſi, Litomiericenſi, & Slanenſi. 5. Status egerunt gratias Archiduci Ferdinando pro gubernatione, & ultro gratitudinis ergo ſtatuerunt ei dare dimidium proventus *S. Galli*, & de pecunia ex uno mille unam ſexagenam groſſorum bohemicorum.

A. 1567. 3 Martii *Rege*, *& Cæſare Maximiliano* præſente, in *Arce Pragenſi* erant Comitia, in his fere omnia ut prioribus annis ſtatuta, quæ fuſe hoc loco recitat Weleslaw. & Slavata.

A. 1569. 19 Decemb. initium ſumpſerunt comitia in Arce Pragenſi, *præſente Cæſare Maximiliano* II. *& Legatis ex Marchionatu*

Moraviæ, Ducatu Sileſiæ, & utriusque Luſatiæ. quæ durarunt uſque poſt *feſtum Corporis Chriſti* in annum ſequentem, ita ut a memoria hominum nulla tam diu protracta fuerint. 1. Conſenſum in Bernam ex domibus, ad biennium, ex Civitatibus per ſemi alteram ſexagenam groſſorum bohemicorum, ex caſis per 20 groſſos, ſumma danda erat ſeptuaginta quinque millium, reliquum Bernarum Præfecti retinere debebant pro Regni neceſſitatibus. Item *Moravi, Sileſii*, ſeptuaginta millia Imperialium ad duos terminos, *Superior Luſatia quindecim, Inferior decem pendere debuerant.* 2. Penſio ex cereviſia per quatuor groſſos, & Reginæ per unum. 3. Cæſar ob multas rationes in Regno Bohemiæ maneret, aut certe *Filium ſuum Rudolphum* ſui loco relinqueret, ut incolæ ad eum ſuum recurſum in neceſſitatibus habere, & is idiomate bohemico & moribus aſſveſcere poſſet. 4. Trigeſimus nummus ex qualibet re veniali, ad exſolvenda debita *Cæſaris*, a die Veneris poſt feſtum *Corporis Chriſti* per totum An. Sileſii hujus loco promiſerunt ſe daturos centum millia impe[illegible]alium ad duos terminos. 5. Ratione militiæ bohemicæ armiluſtria fierent per *Diſtrictus*, ut ante factum erat; & ad indicendam univerſalem inſurrectionem delecti certi ex ſtatibus. 6. De limitibus & fœderibus ut ante. 7. De jure municipali: primo ut certæ Civitates *Litomiericium, Launa, Slana, Nymburgum, Auſta* conformarentur in *Iuribus cum Pragenſibus*, dein electi ex *Statibus* ad eadem revidenda, & corrigenda. Utebantur porro nominatæ ſuperius *Civitates Iure Saxonico. Notandum ex Slavata Maximilianum nimis* multa a Moravis, Sileſiis, & Luſatis petiiſſe, ut

ordi-

ordines ad desperationem adigerentur, & jam convenerunt, ut abirent ex *Comitiis*; unde *Cæsar* coactus est illud accipere, tantum quod ab Ordinibus dabatur.

A. 1571. 30 April. præsente *Cæsare Maximiliano Ordines in Arce Pragensi* Comitia celebrarunt. In his indicta *Berna* super domos; item ex cerevisia per 4. grossos bohemicos. 2. ut quivis *Cæsarem* in propria persona ad bellum sequeretur. Supremus militiæ Dux ut eligeretur aptissimus, eidem adjungeretur ex Dominis aut Equitibus, qui idem Mareschalcus campi esset. Ex tribus millibus sexagenarum, una sexagena penderetur ad biennium, duo millia, & centum equites pro tutela Regni conscriberentur. Pedes quisque trigesimus iret. Tandem quæsitum est, an *Ducatus Oppavienses ad Moraviam*, an ad *Silesiam* pertineret? Slavata hoc loco integra *Comitia* descripsit. Interfuere *Domini* 102. *Equites* 100. Actum ut ex *Albi* in *Bohemia* usque ad mare navigatio instituatur, quod Cæsar effecturum se *Ordinibus* promisit.

A. 1573. 28 Januarii in *Comitiis in Arce Pragensi* celebratis (in quibus *Rudolphus Ungariæ Rex, & Ernestus Archi Dux Austriæ* vices gerebant *Cæsaris Maximiliani*) consensum in *Bernam* ex *Domibus* ad unum terminum, & ex urna cerevisiæ per 4 grossos. Imperatrici per annum, trigesimus nummus a festo S. Viti usque ad S. Bartholomæi indictus est. Decretum dein, ne mala moneta ad Regnum, & ne e Regno bona a *Iudæis*, *Italis*, & *Mercatoribus* evehatur. Imperialis ut iterum 7ocrucif. valeret, grossi vero 7 nummos bohemicos; parva pecunia cuderetur. *Legati in Poloniam missi*, qui

id agerent, ut *Cæſar*, aut aliquis *filiorum* in Regem eligeretur; hi erant: *Ladislaus ſenior de Lobkowicz in Chlumecz & Giſtebnicz ſupr. Præfectus Regni*, *Albertus Kapaun de Sſwogkowa in Hluſſicz Burgr. Regino Hradecenſis*, *Andreas Sutter ex nova civitate.* Lecta etiam erat ſupplicatio Statuum ſub utraque ad *Regem Rudolphum*, & *Erneſtum Archiducem*, in qua petebant, ii apud Cæſarem intercederent, ut adhuc ante Paſcha Presbyteri iis ordinarentur absque novis inſolitis, & Religioni ſub utraque contrariantibus juramentis. Rogant ſuppliciter *Maximilianum*, ut *Rudolphus Filius* diſcat *Bohemice*, ut *Iura Regni* cognoſcere poſſit. Item ſtatuitur, ut ſi quis in alieno fundo venetur vel aucupetur, ſolvat Domino fundi in pœnam 15fl. & qui piſcatur in alieno 5 ſexagenas groſſorum bohemicorum; ſubſcripti Comitiis 73 Barones & Domini, Equites 215. *Slavata in Hiſtoria.*

A. 1574. 14 Iunii In *Arce Pragenſi* celebrata Comitia præſentibus *Rudolpho Rege Ungariæ & Erneſto Archiduce Auſtriæ.* Concluſum 1. ut Conventus per diſtrictus haberentur, in quibus eligerentur certi ad Comitia futura mittendi, & per integra adfuturi, quibus etiam pecunia ſuppeditaretur. 2. *Berna* indicta ex domibus ad unum annum. 3. *Cæſar* apud Imperii Principes ageret pro valido ſubſidio contra *Turcam*, cum id ſoli Bohemi facere nequeant, nec etiam teneantur. 4. Penſio ex urnæ cereviſiæ per quatuor groſſos daretur uſque ad ſequentem annum excluſive. 5. Actum de iis, quibus Cæſar quidpiam teneretur, ut Camera Bohemica cum iis rationes iniret, cum ii Bernas ob hanc rationem non pendant. 6. Fœdera cum *Polonis* renovarentur. Repetitum

reſ-

responsum Polonorum ad nupernam Legationem, quod erat, Polonos gratias agere *Bohemis* pro eo amore & consilio, & confidere se, quod idem Rex, qui gratus erit *Polonis*, etiam *Bohemis* non ingratus sit futurus: de terminis, & limitibus Regni, de moneta, & metallariis nominandis.

A. 1575. 21 Febr. *Comitia in Arce Pragensi* habentur: consensum in *Bernam* ex domibus ad dimidium anni, in *Pensionem* vero ex cerevisia per quatuor grossos a festo S. Georgii usque ad S. Bartholomæi. 2do. ut officiales & Iudices Regni cum Consiliariis Cæsareis, ac reliquis ad arcem convenirent, & ibi primo de rebus Regni, & suis, ac tandem de Cæsareis postulatis agerent, hoc si non fieret, nec Berna, nec pensio ex cerevisia penderetur, decretum est.

A. 1576. 17 Maji *Comitia generalia Ordinum Bohemiæ, Moraviæ, Silesiæ*, & utriusque *Lusatiæ*, præsente Rege Rudolpho pro *Cæsare Maximiliano*. Concluſum 1. ut articuli præcedentis anni comitiorum juxta *Statuta Regni* ordinarentur, & typis mandarentur. 2. Publica & generalis insurrectio, & apparatus ad bellum indiceretur. Trigesimus, decimus, & quintus, tam eques, quam pedes ad omnem necessitatem compareret. 3. Berna ex domibus, ad unum terminum, ad alterum terminum promiserunt Status se daturos ex singulis laneis quindecim grossos, status civici promiserunt loco *Bernæ* ex domibus duodecim millia, & quingentas sexagenas, pro hoc anno, accipientes in subsidium suos subditos pro primo termino solum. *Moravi* ex subditorum domibus per viginti grossos, ex civicis per sesquialteram

ſexagenam groſſorum. *Sileſii* ſeptuaginta millia Imperialium. *Luſatæ* tantum, quantum ante dederunt. 4 Actum de ſubſidio contra *Polonos*, ita ut *Cæſar* perfecte in hoc Regnum induceretur. 5. De moneta: *ducatus Bohemicus & Ungaricus* ut centum, & octo cruciferos valeret

A. 1578. 2 Auguſti in præſentia *Cæſaris Rudolphi Comitia Statuum Bohemiæ in Arce Pragenſi* celebrata ſunt: *Berna* indicta ad unum terminum. Penſio ex cereviſia per quatuor groſſos uſque ad feſta *Natalitia*, ad indicendam publicam conſurrectionem certi delegati. Lignorum per fluvios navigatio libera eſſet. *Domini*, *& Equites* ab omnibus teloniis immunes eſſent, item Pragenſes ex iis, quæ per aquam advehuntur, ad uſum communem templorum, hoſpitalium, ſcholarum, molarum, pontium, etiam immunes pronuntiati.

A. 1579. 9, Febr. Comitia *generalia Statuum Bohemiæ* ac *Delegatorum* ex *Provinciis Coronæ* unitis, in *arce Pragenſi*, præſente Cæſare Rudolpho, celebrantur. Præter *Bernam*, & penſionem, ex cereviſia per 5. groſſos ſtatutum eſt, ut ex vinis, frumento, equis, alienigenis, mercatoribus, judæis pecunia colligeretur, item ut ex quatuor millibus ſexagenarum unus eques bene armatus, conduceretur aut oppignoraretur &c. præter aliquot pagos. *Præfectus* monetæ electus *Guilielmus de Oppersdorff*. *Loco Dominii Tocznicenſis Cæſar* adjungit Bohemiæ Vallem S. Joachimi, oppida Platten, Gottsgab, Hengſt, Aberdam, Perningen, Bleiſtat, Schönbach. Pragenſibus indultum, ut ſua jura typis mandarent, hac conditione, ut eadem, ſi quando emendarentur, ſic emendata reprimi curarent

A.

A. 1580. 11. Ianuar. in præſentia *Cæſaris* celebrabantur Comitia in *Arce Pragenſi*. Conſenſum in *Bernam* ex domibus ad annum, & ex qualibet urna cereviſiæ per 5 groſſos, ex his tres groſſi in ſuſtentationem *Aulæ*, duo reliqui in exſolutionem debitorum regiorum impendendi erant. Actum dein de indicendo apparatu ad bellum, armiluſtriis, Pragæ & in aliis Diſtrictibus, & ut mille Equites colligerentur ad ſubitos caſus. Cenſus & redditus bonorum Regiorum exteris oppignorati, ut iterum ad Cameram reducerentur. De minori moneta, ut intra unum annum ex omnis generis argenti dimidia parte imperiales, altera vero dimidia parva cuderetur pecunia.

A. 1581. 13 Febr. *in Arce Pragenſi Comitia*, in quibus indicta *Berna* ex domibus & 5 groſſi ex qualibet urna cereviſiæ. Actum de limitibus Regni, præſertim *Poloniam* & *Sileſiam* verſus. *Electi Commiſſarii* ad montanas Civitates mittendi.

A. 1582. 2 Febr. *præſentibus Stanislao Epiſcopo Olomucenſi, & Carolo Duce Münſterbergenſi & Oloſnicenſi, Commiſſariis Rudolphi Cæſaris* habita *comitia Pragenſi in arce a Statibus Bohemiæ*. Concluſum, ut *Berna* ex domibus ad unum annum daretur, & ex urna cereviſiæ 5 groſſi. Ibi rogarunt *Status*, ut ſua *Cæſareæ Majeſtas* ab *Imperio* conſtans procuraret auxilium. Electi ad *comitia Imperialia*: *Bohuslaus Felix Haſſteinsky de Lobkowicz ſupr. Camerarius, Ioannes Chinsky de Whinicz Burg. Carlſteinenſis, Chriſtophorus Bedenkel de Neüberg* civis Veteropragenſis. Item petierunt, ut apud *appellationem* mos aſſervaretur antiquus, id eſt: ut *imperialis* pro ſingulis *appellationibus* daretur, & eidem

dem Consilio minimum quatuor *Pragenses assiderent.*

A. 1583. 12 Novemb. *Comitia Statuum Bohemiæ in arce Pragensi*, in quibus aderat Rudolphus Cæsar, in illis 1mo. indicta *Bernæ* ex domibus contra *Turcam* ad unum annum, ad providendum limitibus cis *Danubium*; consensit *Imperator*, ut hæc *berna* plene in *Cameræ Regni* deponeretur. 2. ad considerationem accepta quædam, quæ imposterum ad *statuta Regni* referenda erant. *Additi supremis officialibus, & Iudicibus Regni & Consiliariis Cæsaris* ex singulis statibus sex. 3. Constitutum, ut per districtus subditi recenserentur. 4. Electi delegati, qui antiqua exigerent debita, & pensionem ex cerevisia Imperatrici in præcedentibus comitiis promissam 5. Daretur nova pensio ex una urna cerevisiæ 6 grossi. 6. Item Berna ex pecunia in censibus ex uno mille sex sexagenæ, ex centum triginta sex grossi ad exsolvenda debita. 7. ad reparationem Arcis Pragensis quinta pars contributionis ex dominibus conversa. 8. Ex quatuor millibus sexagenarum grossorum, conducendus erat eques bene armatus. 9. Ad regni rationes revidendas electi quidam ex statibus. 10. *Iudicio terrestri* commissæ *lites* de terminis *Regni*. 11. Ad combinanda *jura Civica* cum *statutis Regni* electi nonnulli. 12. Certi delegati, qui ea, quæ in Carlstein erant, inspicerent, & annotarent. 13. indultum, ut Cæsar dominium hæreditarium Carlsperg & Biela venderet, & Casparo Melchiori de Zerotin quatuor millia sexagenarum grossorum in Colinio assignaret.

A. 1585. 14 Ianuar. *Cæsare Rudolpho* præsente, *Pragensi in arce Comitia* celebrata sunt,

hic

hic ſeptem articuli in *ſtatuta Regni* illati. De modo & ritu dandi, & accipiendi teſtimonia, & teſtem interrogandi, de familia vaga, de juventute diſſoluta, de ſchedis nuptialibus, de ſuppliciis ſubditorum contra dominos. Item: ut de quatuor Medicis Regno provideretur, & in quo loco habitandum, quidve iis ſolarii dandum eſſet, decerneretur, ſancitum eſt.

A. 1586. 14 Novem. Iterum *Comitia in arce Pragenſi, Præſide ipſo Cæſare Rudolpho*, habita. Sancitum: ut pecunia colligeretur ad expungenda nomina Cæſarea, per quinque continuos annos. Ex una urna bohemici vini venundata 5 groſſi, ex exteri vini itidem urna decem groſſi, in *limitibus Regni* ex vaſe imperialis. Ex cereviſia aliunde Pragam advecta dimidius imperialis. Ex modio frumenti cujuslibet duo groſſi; ex hordeo & avena unus. In limitibus terræ ex modio tritici tres groſſi, ex triticeæ polentæ duo & medius: ex hordeaceæ polentæ modio unus, & dimidius, ex hordeo totidem, ex ſiligine duo groſſi penderentur, ex ſexagena carpionum 5 groſſi, ex luciis venditis vigeſimus groſſus, ex centenario lanæ 5 groſſi, ex lacticiniis vigeſimus nummus, ex auro & argento decima ſexagena. Ex mille ſexagenis in cenſus elocatis ſex ſexagenæ, exceptis pupillis, & viduis, qui non niſi mille aut minus in cenſibus haberent. Item ex urna cereviſiæ tres groſſi darentur. De viſitandis montanis civitatibus, & in ordinem bonum redigendis, ad infidos officiales puniendos certi delegati ſunt. Caſtro Pontenſi adjunxit *Cæſar Dominia Maleſſovienſe, & Synonenſe*, cum omnibus pertinentiis; pro ſubſidio Kuttnenſium fodinarum indultum, ut ex dominio Krzivokla-

denſi

denſi aliquid venderetur, & Nazabudice emerentur. Luxus in veſtibus prohiberetur, & modus in his præſcriberetur, ad quod faciendum quidam electi ſunt. De fœderibus cum *Saxone.*

A. 1588. 27 Ianuar. Adfuit iterum *Comitiis Pragenſi in arce* celebratis *Rudolphus Cæſar.* In iis autem de procuranda Regni ſecuritate, & aliarum Provinciarum ad Regnum ſpectantium, maxime Sileſiæ, in quam ante Tartari & Coſaci irruperunt, cum maximo ejus damno; promiſerunt Status ſe conſcripturos 1500. equites, & totidem pedites, ac eos etiam alituros, ob quod, qui mille ſexagenas groſſorum bohemicorum habuit, unum equitem & peditem, bene utrumque armatum procurare debuit. Indicta etiam Berna ex domibus, & penſio ex cereviſiæ una urna, per ſex groſſos ad biennium.

Hactenus ex Weleslavino & Slavatæ Cancellario Comitiorum Regni Bohemiæ compendium recitavimus, operam mihi ſuam amico in iis deſcribendis commodante. Video abſolutum opus non eſſe, & multa in Comitiis geſta citatos Authores præteriiſſe, quæ a nobis adjici in defectu monimentorum non potuerunt. Porro ſequentium comitiorum acta ſub *Rudolpho, Mathia, & Ferdinando IIdo.* uſque ad noſtra tempora ommittere ſum coactus, partim quod nullibi typis edita invenerim, partim quod regni ſtatu perturbato (maxime ſub *Rudolpho & Mathia*) ipſa comitia perturbatiſſima fuerunt, & ſæpe in iis tumultuatum ſit ob L. M. quæ per ſeditionem a *Rudolpho II.* exigebantur potius, quam petebantur; *Mathia vero imperante* fœdiſſimæ rebellioni, quam Hæ-

retici

retici Bohemiæ ordines fabricati ſunt, prælu-debatur, quæ deinde ſub *Ferdinando II.* in aper-tum erupit; de qua ſcribere mihi nunquam propoſitum fuit. Benigni Lectores meum hoc ſilentium in bonam partem accipiant, & alios Authores adeant, qui ultima hæc diligentiſſi-me pertractarunt, vel pertractabunt.

CAPVT X.

De quatuor Ordinibus ſeu Statibus Regni Bohemiæ generatim

Indubitatum eſt, *veterem Bohemiam* in quatuor ordines diviſam fuiſſe. *Prælatorum ſeu Eccleſia-ſticorum*, *Nobilitatis majoris*, qui abſolute & una voce Páni dicebantur (quæ appellatio quid contineat, brevi aperiam) tum minoris (qui Equites & olim ut in *Erneſti vita* probatum eſt peculiari appellatione *milites* dicebantur) ac tandem *Civium & Civitatum.* Inſcitiam ſuam, & in aliena Republica peregrinitatem ſatis pro-bavit Goldaſtus, cum Lib. 5. C. 1. de Iuribus Bohemiæ *Nobilitatem* hanc duplicem confudit, & *tres* tantum in *Bohemia* temere affirmavit: *Eccleſiaſticorum*, *Nobilitatis*, & *civium*; aliud eum *conſtitutiones Regni*, aliud munia *nobilita-ti Dominorum*, & *Equitum* peculiaria, aliud acta *comitiorum*, aliud *ipſæ Hiſtoriæ Bohemiæ* do-cere potuiſſent. In *Carolinis diplomatibus & conſtitutionibus* etiam ante *Carolum* ſcriptis *Prin-cipum in Bohemia* ſæpe mentio fit (quo nomi-ne *Henelius* falſo Principes Sileſiæ ſolos putavit intelligi) ſed hi nullum peculiarem conſtitue-

Henel. in Sile-ſiogra-phia.

bant

bant ordinem, ſed ſi profanæ dignitatis forent inter *Dominos*; ſi ſacræ inter *Eccleſiaſticos & Prælatos* cenſebantur. *Eccleſiaſtici Principes* erant: *Archi-Epiſcopus Pragenſis, Regni Primas, Epiſcopus Olomucenſis, Epiſcopus Wratislavienſis, Epiſcopus Litomiſslenſis, Præpoſitus Wiſſehradenſis* (quem Principis titulum geſſiſſe certum eſt, & ex *Silvio* conſtat, & probat *Goldaſtus*) omnes hi etiam in *Imperio Romano Principum* titulum geſſerunt, ut alio in loco probavi. Principes non ſacri omnes erant cæteri, qui ad *Comitia Regni Bohemiæ* evocari ſolebant. Comitia porro duplicia erant, alia univerſi *Regni*, ſeu omnium *Coronæ Provinciarum*, ad quæ etiam Sileſiæ Duces, ac Principes invitabantur: & tum *Heneſius* verum obtinet Alia vero Comitia Regni ipſius *Bohemiæ*, quibus *Sileſiæ Principibus* excluſis, imprimis *Regii ſanguinis Principes* omnes intereſſe ſolebant, ut ex *Codicibus* vetuſtis *Ambraſianæ Viennenſis Bibliothecæ* fidem feci, dum de Iudiciis, & comitiis peculiari titulo diſſerebam; quales *Caroli & Wenceslai* temporibus complures fuere: *Ioannes Caroli frater, tum filius Sigiſmundus, & Ioannis filii: Iodocus, Procopius, Ioannes junior ſeu Sobieslawek* (quanquam quod Eccleſiæ adſcriptus foret, inter *Prælatos* locum tenebat) His jure & privilegio ſingulari tanquam Coronæ Principes proximi: *Epiſcopus Olomucenſis Princeps, & Princeps* ſeu *Dux Oppavienſis*; hi enim gemini Principes (*Olomucenſis & Oppavienſis*) *pro Bohemiæ civibus & domeſticis* (longe aliter quam *Sileſiæ duces, ligii Principes*) habebantur; his adjice alios in *Bohemia Principes*, qui ſemel ad incolatum admiſſi, & ut romane dicam, civitate donati fuerunt, ut *Münſterbergenſes* Principes, *Podiebradii Bohemiæ* di-

Silvius in hiſt. bohem Cap. 22 Goldas l. 5. c. 1.

Differt an Archi-Epiſcopi pragen. ſint imperii Principes habendi.

tionis

tionis *Domini*, *Domini de Burgow Magdeburgenſes Burgravii*, *Bilinæ*, & *Arnovii ſeu Hoſtinnæ Domini* (quos etiam *Regni Bohemiæ Burgraviorum munus geſſiſſe* aliquando reperio) & *Principes de Plawen* ſeu *Plavenii*, multis apud nos *Regni muniis*, atque etiam *ſupr. Cancellarii* honore perfuncti. *Comites* quoque vetus habebat *Bohemia* uſque ad annum circiter 1250. (ut in *Epitome* docui) poſt *Caroli* IV. tempora (exceptis *Guttenſteiniis* & Comitibus de *Oſſeka*, qui Comitum titulum, quod in Imperio potiſſimas ditiones haberent, retinuere ſemper. *His tardius ſub Wladislao Ludovici Regis Patre* Schlickii Comites cum Cubitenſi diſtrictu acceſſere, poſt *Caroli* IV. inquam tempora ex *Patria Nobilitate in Comitiis Comitem* nullum repereris: aliunde advenere *Pirſſingii ſeu Hardekani Comites*, aliique, & *Wladislai*, & poſtea *Auſtriacorum Regum* temporibus quam plurimi comparatis in *Bohemia* ditionibus incolatum adepti ſunt (ut relato *Indice* ex *Regni Tabulis* alio in loco oſtendam) omnes hi *Comites* inter *Bohemiæ* Patros ſeu Dominos ſine omni prærogativa ſedebant (qua de re *Wladislai Regis Conſtitutio* eſt in manibus) ſolis *Roſenbergicis* prærogativam primæ ſeſſionis, atque etiam ſubſcriptionis habentibus, ut dicam in Originibus *Bobemicæ Nobilitatis*: hoc unum ſervabatur, ut qui certa munia gererent ante alios, poſt hos vero, qui ætate ſuperarent ſeu ſeniores ſederent; idemque erat in *Nobilitate Equeſtri*: primo enim Regni & Regis, ut ita dicam, officiales, tum ſeniores inter Equites collocabantur. Hoc loco *Cuthenus* mihi venit in mentem, qui, cum ex civili ordine ortum ipſe duceret, eundem in Bohemia omnibus cæteris antiquiorem hoc commento quaſi aliud agens

Schlickii ſub Sigiſmundo advenere, ſed incolatum regni acceperunt ſerius.

pro-

probare contendit: *ſub Przemislao Stadicenſi, inquit, Ordines in Bohemia ſunt diviſi*; pergit: *Civilis Status primus fuit*; *ſed cum populus creviſſet, Princeps ſui loco ſtatuit Præfectos, hinc Domini: diu vero poſt, cum frequentia bella orirentur, tandem etiam Equeſtris Ordo inductus eſt, cui ob inſignia bello facinora Principes militares clypeos notatos inſignibus conferebant.* Ridiculum! nam ſi quid ex inde *Cuthenus* conficere vult, eadem opera *colonos*, paſtores, & rure vitam degentes primum eſſe ordinem probavit; non enim prius cives, poſt ruſtici, ſed primum coloni, & ruricolæ, tum ex iis unum in locum vel conjugiis vel conſiliis, & adverſus vim arcendam, vel alia cauſa adductis, Civitates ſunt conditæ; deinde in Bohemia (etſi in primis hominum ſedibus ita contigiſſe potuerit) in adventitio populo commentum iſtud locum non habet; nec enim ſine ducibus *Czechitæ* advenêre, nec reipublicæ, aut militiæ rudes, neque ſine nobilitate; cum Scriptores una ſententia commemorent: plerasque *Bohemiæ nobiliſſimas ſtirpes* cum Czecho in Bohemiam adveniſſe, & populum illum primum nihil aliud quam exercitum, & milites fuiſſe, qui cæde *Præfecti Romani* in Illyrico patrata, & legione deleta, potentiam, & arma Romana ſuperventura timentes, in hos *Herciniæ* ſaltus ſeſe occuluerit; illud etiam conſtat, familias ſervorum quoſdam traxiſſe: hinc *Crocus* (alter a *Czecho Dux*) in *Wladorz* Dominus, & *Przemislus* Stadicenſis villæ Dominus appellantur, idque prius fere quam civitates conderentur, ergo & Dynaſtæ prius, & militaris Ordo civitatibus antiquior in Bohemia debet haberi. Status civilis in Bohemia poſtremus dignitate & numero, ſed primus utilitate ſem-

Papr. in Diadocho. Weles in Genealog.

per

per eſt habitus: cum enim, ut dixi, *Domini gubernarent Rempublicam*, idque ſibi velut proprium ducerent, Equites militiam colerent, *Eccleſiaſtici* conſiliis, & precibus ad *Deum* diu noctuque fuſis regnum ſuſtinerent, ac plerique iſtorum a *Bernis & Tributis* pendendis vel ex toto, vel ex parte immunes eſſent, civitates prope ſolæ nervum belli & pacis ſuppeditabant, pecuniam videlicet, qua & Rex dignitatem tueretur ſuam, & regnum adverſus hoſtes, ſi bella ingruerent, armaret. Porro tributa incerta, ut, cum agerem de tributis, narrare memini, ante Ioannem Regem nulla erant. Sed aliæ tum erant artes, & modi, quam nunc ſint, quibus pecuniam cives conficerent; nam mercibus quibuslibet occupari, pecuariam exercere, cereviſiam coquere, aliaque hujusmodi ſolis civibus permiſſum erat antiquitus, in aliis ignobile, & indignum conditione vitæ habebatur: exſtat *formula juramenti* in comitiorum libris, ex qua, qui in ſtatum Equeſtrem reciperentur (referetur illa formula aptiore loco, cum de Nobilitate agemus) omnes civiles nundinationes, & vitæ ſuſtinendæ civiles modos abjurabant; Regiæ urbes in omnibus ditionibus, tam *Eccleſiaſticorum*, quam *Dominorum & Equitum* ſuas habebant popinas, in quibus *Cereviſiam*, *& ſi luberet*, *vinum*, *& quod crematum* dicimus, propinarent, alteri fas non erat: conſtat ex civitatum veteribus libris, in una aliqua urbe non maxima, ut *Brodæ* ad *Pragam* viginti, triginta, alibi etiam quinquaginta, ac plures domos cereviſiæ coquendæ ſeu braxatoria ſtetiſſe; quæ ex deſignatione vetuſta, ad milliaria quotidie vehebatur; lego in Mſ. *Glacenſibus*, *Reginobradecenſem cereviſiam in Comitatu Glacenſi* vendi ſo-

litam, & popinam ibi in Melnik (vel hodie Melling) pago habuisse, tota illa vicinia celebratissimam, & frequentissimam, ex qua videlicet cerevisia in viciniam pro pretio præsente dispensaretur. At quomodo id interversum est civibus lucrum? brevissime aperiam: cum *Civilis Status* opibus mirum in modum crevisset (videantur ea quæ de *Praga*, deque *Caroli IV.* cœna *apud civem pragensem* in *Ernesto* narravi) neque facile more eorum temporum ascensus ad altiora, & ad Equestrem statum daretur (nam eum prope sola militiæ gloria obtinere fas erat) cœpere ditiores civium coëmere sibi latifundia, ditiones, arces, verbo, quæ *bona terrestria dicuntur*, quæ non modo publico civitatis nomine (id enim Regibus salutatis permissum erat semper) sed etiam privati ipsi possiderent, & ad liberos suos hæredesque transmitterent adeo, ut hac ratione Equestrem ordinem omnino jam æquarent; id pomum discordiæ, & semen belli, quod civitates adversus quosdam Nobiles postea sub *Wladislao* gesserunt, fuit; eaque invidiosa dominatione causam ipsimet cives præbere visi sunt, ut illud cerevisiæ coquendæ jus, seu Privilegio, seu consuetudine ad solas civitates pertinens, amitterent. *Equites* cum ægerrime ferrent vicinos in ditionibus suis cives quodam modo regnantes, & æquari illos sibi aut etiam lautitia opum præire viderent, sæpius in comitiis conquesti sunt: confundi Ordinum jura, nihil esse amplius, quo cives a Nobilitate distarent &c. Primum in cives telum contortum est in comitiis anni 1454 feria IV. post Annuntiationem, quibus vetatur, ne imposterum cives bona libera ab Equitibus emant, sine Regiæ Majestatis speciali consensu,

neque

neque ea Tabulis inſcribi poſſint, cum hac tamen moderatione, ut quæ jam empta cives poſſident, poſſideant, eaque Regni Tabulis, ſi voluerint, inſcribant (Gakoż gſau żádali Zemané na Králowé Miloſti, y na Panjch, aby mieſſtiané diedin, a zbożj ſwobodnych od Zemanů nekupowali, żeby tudy welikà vgma Králowſtwj, y Korunie byla na ryzijřſtých lidech, na ſłużbie Králowé Miloſti, a na obranie wſſj zemię &c. Páni w plném ſaudu ſedjcý za práwo naſſli, aby nižádny Mieſſtian po dneſſnj den nižádných zbożj ſwobodných nekupowal bez Králowý Miloſti zwláſſtnjho powolenj. Než Králowa Miloſt y s Pány dáwagj tomu moc, co gſau prwé kaupili, aż do dneſſnjho dne, aby gim wedſky ſſło, a kladeno bylo) at neque hoc decreto ſatis coërceri poterat habendi cupiditas, neque ſolis decretis poterat obviari. Succeſſit *Ladislao Georgius*, qui cum ad debellandos hoſtes, a quibus domi, & foris oppugnabatur, civium armis, & potentia egeret, eſſetque Rex omnino popularis, eo regnante *Nobiles* nihil movere; gliſcebant interim ſub cinere doloſo inter Equites (quibus ſeſe poſtremo ex pari cauſa etiam Domini, & Barones addiderunt) & inter cives male conciliata odia, dum denique *Wladislao* facillimo *Principe* regnante, in apertum erumperent, ab anno 1490. uſque ad an. 1501. & 1502. Referam ipſas litteras in *additamentis* ad hunc librum, ſeu ut vocant *Beylagis*. A. 1501. *Sabbato poſt S. Georgium Wladislaus Rex Literas publicas* ad *Regnum* dedit, quibus tertiam vocem, & ſuffragium civium *in electione* Regum confirmat; ut hac quaſi eſca delèniti *Cives* æquiore animo alterum per-

ferrent; conceditur enim cereviſiæ coctura *Nobilitati* in ſuis ditionibus &c. ad extremum prohibetur civibus emptio terreſtrium, ut vocant ditionum, & in homines ſubjectos dominium, exceptis *civibus Pragenſibus & Cutnenſibus.* Civitas Plſneuſis ob fidelitatem idem Privilegium conſecuta eſt, qui eo Privilegio ab antiquo gaudebant, hodieque gaudent, atque ideo in more poſitum habent cæteri quidam, ut ſi inter *Equites* (quod ob probationem *Nobilitatis legitimæ* aliquibus difficile eſt, deinde quod ea res ut inter incolas Equeſtres, & ordinem allegantur, ſumptus requirit) domum ſibi aliquam in urbe Pragenſi pretio comparare, & inter cives nomen profiteri ſuum, ac cenſeri, ut ita liberum iis ſit ditiones emere, vendere, ac pro arbitrio, ut ita dicam, nundinari. Præter hos quatuor *Regni Ordines* quendam velut ſtatum conficiebant (a comitiis tamen omnibus excluſi) ruſtici liberi, vel a *Germanis* petita voceSculteti, nobis Swobodnjcy, eorum munus quale fuerit, explicui, dum de militia *Veterum Bohemorum* diſſererem; nulli alioquin, niſi Regi parebant; hodie in tanta hominum violentia, paucos hac libertate gaudentes per *Bohemiam* inveneris ex ſtatu (niſi forte quis altiores fuiſſe contendat) Crediderim fuiſſe *germanos* illos fratres de *Villa Stadicz*, quibus a *Carolo IV.* Privilegium datum A. 1359. in *Epitome* retuli; pro omni genere impoſuerat *Carolus*, ut omnes & ſingulas nuces ex *corylleto Przemysli* annuatim ad ſe deferrent. Quod Privilegium confirmavit *Sigiſmundus* an. 1436. *Rex Georgius* an. 1460. *Rex Wladislaus* a. 1478.

Lib. 3. Miſcel.

Ordo *Eccleſiaſticus* ante *Ferdinandum* II. ſub *Hæreticorum Regno* ad *Comitia* non admittebatur per ſummam injuriam, jure ſuo ſpoliatus, ſed

Impe-

Imperator optime informatus, eam *Ecclesiasticis* dignitatem restituit, & declaravit, primarium inter *Ordines* locum tenuisse, & tenere; qua de re peculiariter sequenti Capite agemus.

Qua Ratione bona quædam Ecclesiastica abalienata sint. Notula.

A. 1420. Conradus Archi-Episcopus Pragensis totam ditionem *Cheinoviensem*, cum ipso *Cheinovio* oppignorat pro octingentis sexagenis *Hanussio de Konow*, *& fratribus ejus*; rursus *Ioannes Malowecz* an. 1457. (nescio quomodo a Konowiis obtentum sal. emptione &c.) obtinuit eum nova confirmatione *Ladislai Regis*. Datum Literarum fuit Viennæ die S. Laurentii. Post mortem *Ladislai Georgius Rex oppignorationem illam firmavit*, & *Malowecio* addidit super *Cheinowium ducentas sexagenas* an. 1466. ita ut jam Malovecius mille sexagenas desuper haberet. Postea *Wladislaus Rex* concessit per solutionem ejus summæ *Henrico de Nova domo Camerario Regni, & filio ejus Adamo* an. 1512. Hic vero *Ladislao a Sternberg* resignavit a. 1513. Ab hoc anno eodem devoluta est ditio *ad Udalricum Malowecz*, ita ut nemo posset nisi Archi-Episcopus redimere. Hodie hæc ditio ad *Crumlovienses Principes* spectat. Papr. in Equit. f. 225.

A. 1437. Bohemica *Broda* facta est Urbs *Regia*, quæ aliquando ad *Archi-Episcopi Pragensis mensam* pertinebat. Papr. in Equ. f. 232.

A. 1437. *Sigismundus Imperator* oppignorat *Castellum Ubrzinewes* (quod pertinebat ad *Crucigeros S Mariæ* in parva *parte* ad pedem pontis) *Ioanni de Kunwald Subcamerario Regni* pro mille sexagenis grossorum pragensium cum to-

ta ditione & juribus, & molis &c. cum pagis *Tehowicze*, *Kolowrat*, *Wodierad*, *Zdiebrad*, *Lip-*
Papr. in Equ. f. 232. *pa*, *Przestawlk*, quam ditionem *filii Ioannis*, *Ioannes junior*, & *Wenceslaus fratres* tradiderunt A. 1490. *Consuli*, *Senatui*, & *Communitati antiquæ Urbis Pragensis*.

A. 1437. circiter *Sigismundus Imperator*
Papr. in Equ. f. 242. oppignoravit quosdam pagos Cœnobii in *Doxan* pro quingentis sexagenis grossorum *Parcificalo de Prostiborz Equiti*; devoluti sunt hi pagi ad alios Dominos Equites, item & partem certam redemit A. 1460. pro ducentis quinquaginta sexagenis *Deipoldus de Rizmberg Præpositus Doxanensis*; literas ipsas recitat Paprocius.

A. 1417. Sexcentas sexagenas grossorum
Papr. ex *Chotiessowiensi* Cœnobio donat *Ioannes de Rizmberg* fratri suo *Wilhelmo*. *Testes Wenceslaus de Michalowicz Strakonicii Dominus*. *Ioannes de Welhartícz*. *Tobias Letowsky de Welhartícz*. *Putha de Babenitz*. *Kolman de Rziczan*, *Bohuslaus de Lukawcze*.

De Bonis Carolini Cœnobii in Nova Civitate Pragensi vide Paragraphum X.

De *Tina Horssoviensi* olim Archi-Episcopi Pragensis ditione vide ibidem. De Prachaticensi ditione Præpositi Wissehradensis pro Sedleczano commutata vide itidem §. X. Cap. IX.

Plura de Bonis Ecclesiasticis alienatis adferri possent, & apud me annotata inveniuntur; quæ, ne mihi odium parem, libens prætereo.

CA-

CAPUT XII.

Eccleſiæ Prælatos in Regno Bohemiæ inter quatuor Ordines, primarium & principalem ordinem eſſe, ac ſemper ab omni memoria fuiſſe adſtruitur, per Hæreticorum tamen injuriam de gradu dignitatis dejectos.

Sæpe miratus ſum nonnullorum ſcriptorum affectus, qui in transverſum acti, & ſi mille documenta veritatem oſtenderent, iis tamen inſuper habitis in rebus manifeſtis ſtudioſe & doloſe hallucinari voluerunt. *Paulus Stransky*, cætera vir diligentiſſimus, & in hiſtoria patria verſatiſſimus in Eccleſiarum Bohemiæ hiſtoria ita cæcutit, ut neſciam, an admirari, an indignari ejus pervicaciæ oporteat; ſed hæreſis, ſi excuſari poteſt, ejus patrocinatur erroribus: Cænobia non ſuo ſed alieno ordini in libro ſuo adſcribit; *Fundatores* cænobiorum alium pro alio ſupponit; *Fundationis tempora* male conſignat; palmare illud eſt, quod *Picardos*, *Picardus* ipſe, peſſimum hæreticorum genus, *Authores Religionis Chriſtianæ* in *Bohemia* fuiſſe vigilans ſomniat, & fabulatur; ædiculam quandam ſacram ad *Pragenſem Metropolitanam* ſitam narrat *Picardorum* ſacris initiatam, quam illi multis ſæculis coluerint, tandem neſcio a quo Antiſtite Pragenſi dejectam; caliculum S. Ludmillæ, quo illa inter dapes utebatur, quique Mielnicii monſtrabatur, ſine omni fundamento adſtruit illum fuiſſe, quo inter ſacra vinum ipſa ſumebat, Chriſti ſanguinem, ut Picardorum ſchola docebat, ſine dubio repræſentantem:

ſed maximus, & in tanto Hiſtorico non ferendus error eſt, quod Eccleſiaſticum ſtatum ab omnibus Conſiliis, Iudiciis, Comitiis, omni denique publica & civili actione arceat, & ſolis Altaribus affixum eſſe velit, idque majores noſtros ſtatuiſſe, neque unquam ab omni memoria inter ordines numeratos eſſe. Nam cum Eccleſiaſticos omnes generatim enumeraſſet, *omnes*, inquit, *illi more priſco a Rege Regnique Senatu, ac primoribus partis ſuæ non tantum nominantur, ſed etiam confirmantur, ac ſuis functionibus præficiuntur, omnes Regi Senatuique obtemperant, omnes a Conſiliis Subſelliisque politicis penitus arcentur*, tum addit audacem ſententiam, qua inſcitiam ſuam, aut malam mentem ſatis prodidit, *nulla*, ait Hagekus, *nulla cæteri, qui contrarium vel opinati ſunt olim, vel opinantur hodie documenta, quibus opinionem ſuam de Prælatorum inter Ordines politicos loco rerum peritis approbent, idonea produxiſſe cernuntur. Leguntur quidem adhibiti nonnunquam fuiſſe obeundis publicis Regni Legationibus ex Antiſtitibus diſertiores viri, ſed ſtirps ut plurimum, ſeu generis ſplendor, non dignitas (quæ alioquin ex nonnullorum ſententia, neque ordinem neque præſtantiam ipſorum naturalem minuit) locum illis hunc conciliabat. Aderant tanquam legatorum Referendarii & επό δειστδαι μονιας τινος (præſertim ubi negotium de Privilegiis Regnique ſtatu communi fuit, quæ defendi, conſervari, augerique, Eccleſiaſticorum æque ac Politicorum interfuit) non tanquam univerſitatis politicæ membra. Circa Regem frequentes quoque eſſe conſueverunt, ſed ut de pietatis exercitio monitores, non ut politici Proceres. Vocabatur præterea in Senatum quandoque Archi-Epiſcopus & Cancellarius Regni creabatur Præpoſitus Wiſſehradenſis, ſed nec*

Stransky Reipub. B.C.XI. N. 2.

ſem-

ſemper, nec neceſſario; ille ob muneris reverentiam, & in iis ſaltem rebus, quæ tam ſacras res, quam profanas concernebant; hic ex privilegio, quod jam olim exſpiravit, neque adverſus vetuſtiſſimum gentis morem legis vim habere diu potuit. Et ſane quia in ſacris plusquam ſatis quod agat, habet Sacerdos, & ex homine natura politico, factus conſecratione eſt homo Theologus, æquiſſima veteres Bohemi ducti ratione, a profanis illum ſtudiis ac cogitationibus remotum eſſe, ſtatusque gradum non niſi propter aram tenere voluerunt. Hæc Stransky. Proh Deum immortalem! quanta in rebus ſacris hominis iſtius ignorantia fuit! an enim ignorare poterat *Primatis Regni* & *Principis* titulos, qui jam ab annis plus quam ſexcentis Antiſtitibus Pragenſibus indiſcriminatim omnibus, etiam ſi humili loco nati eſſent, collati ſunt? an neſciit quid muneris; & oneris iſtius modi tituli importent? legatur, obſecro libri VI. *Miſcellaneorum pars ſecunda*, ubi munia *Primatis Regni* authoritate *Regum*, *& ſcriptorum* omnium explicavimus; an non vacante *Regno* a *Præſulibus Pragenſibus* convocabantur ad eligendum Proceres? quisnam *comitia* florente Regno dirigebat? an non in ipſis domibus Præſulum conſilia Procerum & comitia habita legimus de rebus maximis, de bello, pace, fœderibus, ſecuritate reipublicæ univerſæ, quarum rerum exempla loco citato attulimus; neque mihi dixeris, hæc tempori data eſſe, & præter Antiſtitem ex Prælatis ad conſilia & comitia vocatum eſſe neminem, manifeſte enim ex *Tabulis Regni* vetuſtis paulo ſuperius recitatis eorum nomina protuli, qui *Iudiciis terreſtribus* ſeu magnis primo loco præſiderunt, quam prærogativam Ordinis ſacri *Ferdinandus II.* au-

guſtæ memoriæ *Imperator* ſecutus, *Ordini Eccleſiaſtico* ab Hæretici pet ſummum ſcelus dejecto reſtituit, eumque primum *Regni ordinem* pronunciavit, ut in conſtitutionibus Regni f. 24. Tit. de Statu Eccleſiaſtico Lit. A. 24. diſerte definitur. *Hagecius Bohemiæ noſtræ Livius* in præfatione ad Annales ſuos in hunc ſenſum loquitur: quod a *Principe Boleslao Pio* in hoc Regno ſemper duo ſtatus exſtiterint, utpote *Eccleſiaſticus* & *Sæcularis*; verum poſtquam per bella & tumultus ſub *Regibus Wenceslao & Sigiſmundo Caroli IV. filiis exortos, celebris Archi-Epiſcopatus Pragenſis Sedes fœde deſtructa, & templa ac monaſteria diruta fuere, tunc Status Eccleſiaſticus elinguis effectus ad occaſum inclinavit, & huc usque caput erigere non valuit, nec valet: tempore enim Georgii Regis ſtatus ſæcularis triplicem ſortitus eſt diviſionem, utpote in ſtatum Dominorum, Nobilium, & civium. Quod ipſum Hagecius in Hiſtoria mille locis confirmat, dum de ſtatibus Bohemiæ loquens, ſemper ſtatum Eccleſiaſticum,* ejusque *Prælatos* primo loco nominavit. *Dubravius* quoque *Olomucenſis Epiſcopus* L. 10. Hiſt. Bohem. ſcribit: primum in comitiis principalibus locum inter *Primates Bohemos Hermannus Pontifex Pragenſis obtinebat.* Idem habet *Melchior Goldaſtus* licet *Calvinianus*, qui poſtquam per ſummam injuriam ordinem Eccleſiaſticum dignitate ſua, quam olim habebat in regno, dejectum narraſſet, addit: & quidem ante mutationem huſſiticam primas in comitiis regni partes tenuere *Archi-Epiſcopus Pragenſis, Epiſcopi Olomucenſis, Wratislavienſis*, & *Litomiſlienſis*, nec non *Præpoſitus Wiſſehradenſis*; & paulo poſt: *his*, inquit, *adjungebantur Abbates, Præpoſiti, Priores*, & *Commendatores ordinum Equeſtrium ſacræ*

Mili-

Militiæ, quotquot erant, immediate *ſub Rege, & Corona regni* conſtituti, & duravit hic mos *ab inſtituto in Bohemia Chriſtianiſmo uſque ad imperium Sigiſmundi Cæſaris, ſub quo omnis ſacro ordini fuit ab Huſſitis adempta in ſæcularibus poteſtas atque Authoritas.* His ſubſcripſit *Cochleus*, acta publica apud *Hortlederum*, *Heilius*, *Silvius*, *Borek*, & alii. Item apertiſſime *demonſtratur ex aureis Bullis Imperatorum maxime Patriæ Patris Caroli IV.* qui conſtitutiones Regni totamque Bohemiæ Rempublicam in optimam formam redegit, cujus Authoritas una ſufficit. Is ergo *Carolus* in aurea bulla, qua *privilegium Friderici II Imperatoris* de immunitate, exemptione & electione Regum ac Ordinum regni Bohemiæ confirmat A. 1348. ita loquitur inter cætera: *Sane ad noſtræ Celſitudinis Ven. Archi-Epiſcopus Pragenſis, Olomucenſis, Wratislavienſis, Litomiſlienſis Epiſcopi*, nec non *Illuſtres, Ioannes Carinthiæ Tyrolis & Goriciæ, Germanus noſter chariſſimus, ab Nicolaus Oppaviæ & Ratiboriæ Duces, cæterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles Regni noſtri Bohemiæ, & Pertinentiarum ejusdem, præſentiam accedentes nobis humiliter ſupplicarunt.* Et poſt pauca: nos itaque *Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum, & Nobilium, quos honoris & felicis ſtatus Romani Regni, & ſacri Imperii fideles, & ſollicitos præmaximos Zelatores, ipſumque regnum Bohemiæ Romani regni membrum fere nobilius, ſupplicationibus benignius, inclinati, præfatas literas, ac omnia & ſingula contenta in eisdem laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, & de novo ex certa ſcientia de noſtræ Romanæ Regiæ plenitudinæ poteſtatis, præfatis, Regni Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus,*

Cochl. in *Hiſt. Huſſ.* ad a. 1421. *Hortled* in *Actis publ.* ad a. 1547. *Heil.* in *Illuſtr. Quæſt.* parte 5. quæſt. 4. N. 44. *Silvius.* in Hiſt. Bohem. *Borek* in Chron. Bohem.

Pro-

Proceribus & Nobilibus, ac *Universitati Regni ipsius & Pertinentiarum ejusdem, ad usum & opus Regum Bohemiæ, in perpetuum damus tenore præsentium, conferrimus, donamus &c.* Et iterum paulo post *Electionem Regis Bohemiæ in casu duntaxat & eventu, quibus de Genealogia vel Semine aut prosapia Regali Bohemiæ masculus vel fœmella superstes legitimus (quod Deus avertat) nullus fuerit oriundus, vel per quemcunque alium modum vacare contigerit, dictum Regnum, ac Prælatos, Duces, Principes, Barones, Proceres, Nobiles, & communitatem Regni præfati & pertinentiarum ejusdem habita cum nonnullis regni Romani futuri Imperatoris coëlectoribus, ac aliis Principibus, qui tunc temporis nostræ Celsitudinis Præsentiæ assistebant, deliberatione matura ipsorumque sano digesti consilio volumus, decernimus, pronuntiamus, interpretamur, & præsentis scripti patrocinio declaramus, rite, juste, & legitime in perpetuum pertinere, ipsiusque Regis Bohemiæ Electionem, in casu & eventu prædictis, & non aliis, præfatis Prælatis, Ducibus, Baronibus, Nobilibus, & communitati dicti Regni & pertinentiarum ejusdem de nostræ Regiæ Romanæ plenitudine potestatis, ac ex certa scientia damus, concedimus, conferimus, & donamus, dictamque electionem meliori, salubriori, & saniori, quo potest, modo fieri, confirmamus, & transferimus in eosdem* (& circa finem) *nulli ergo hominum liceat hanc nostræ laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis, supplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, cassationis, irritationis, & annullationis paginam infringere, vel ei ausu temerario in aliquo contraire, contrarium vero facientes si qui fuerint, quod absit, ultra indignationem nostræ Celsitudinis Romanæ, quam ob hæc se*

no-

noverint graviter incurſuros, mille marcas auri puri noſtro, & Romani Regis fiſco componant, ipſam videlicet medietatem noſtræ, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Regum, & Imperatorum curiæ, ſeu Cameræ, & reliquam paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandam. In quorum omnium teſtimonium &c. datum Pragæ An. Dom. Milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo octavo, Indictione prima, ſeptimo Idus Aprilis, Regnorum noſtrorum Anno 2do.

Animadvertat hoc loco prudens Lector, nullum eſſe principalius negotium in regnis, quam Regum electionem, quam tamen *Carolus Eccleſiaſticis, & Prælatis Bohemiæ* primo loco ante omnes aſſignat, ut vel hinc appareat primus ordo *Prælatorum in Regno*, & vel intelligatur minora illis attribuiſſe in eodem genere, qui majora conceſſit. Hæc fere ſingula verba repetit idem *Carolus IV. in Confirmatione inveſtituræ Richardi Cæſaris* ſuper *Regno Bohemiæ*, & *Ducatu Auſtriæ*. Item rurſus in *conſtitutione de Jure Electoratus in Romano Imperio Regibus Bohemiæ* competente, quod in fudamentis regni L. 7. Miſcell. retulimus, ex quibus apertiſſime conſtat, in enumeratione ordinum Bohemiæ, primo loco *Epiſcopos Principibus*, *Prælatos Baronibus*, *Proceribus*, & *Nobilibus* anteponi. Addo pauculas obſervationes egregii ſcriptoris Iuris Canonici peritiſſimi (qui ad hanc Bullam pro ſtatu Eccleſiaſtico in Moravia depreſſo, ad *Ferdinendum II. Cæſarem* ſcripſit, quæ tractatio apud me invenitur) primo: Quod privilegia illa, quæ citata ſunt, non ſint ordinario Imperatoris ſigillo, ſed Bulla aurea corroborata, quæ ſecundum Canoniſtas, & Legiſtas facit probationem probationum, & inducit manifeſtum MS. Anonymir.

festum. 2do. Quod id *dicatur factum ad perpetuam rei memoriam*, ita, ut authoritate Imperiali, & de plenitudine Romanæ Regiæ Potestatis, ex certa scientia etiam *ordo Ecclesiasticus* in Regno Bohemiæ, per illud semper de jure fuerit, manserit, & adhuc sit *primus* præfatæ Provinciæ *Status*. 3tio. Quod in eo idem *Carolus* non casualem, sed præmeditatam, ac certæ rationi congruam loci, omnibus & singulis personis, & statibus Bohemiæ assignandi habuerit specialem considerationem. Præposuit enim in decursu dicti Privilegii *Archi-episcopum Pragensem*, *Episcopos Olomucensem*, *Wratislaviensem*, *Litomislensem*, etiam *Principibus Regii sanguinis utpote Ioanni Duci Carinthiæ* tanquam *fratri suo Germano*, *& Nicolao Duci Oppaviæ*, *velut Regis Ottogari Filio*, recordatus illius latæ a Spiritu S. de persona Episcoporum sententiæ: *Constitues Principes super omnem terram*, *memores erunt tui nominis Domine*. Quarto: quod his statim subjunxerit, ac omnibus aliis etiam Ducibus, Principibus, Baronibus, Proceribus, & Nobilibus multoties antepositerit Prælatos, tanquam in primo Ordine Regni existentes; dum post nominatos in individuo Episcopos, ac duos illos Regii sanguinis Duces enumerans in genere omnes Provinciæ status dicit: *Cæterique Prælati*, *Duces*, *Principes*, *Barones*, *Proceres*, *& Nobiles*. Quinto: quod hi ipsi Ecclesiastici ab eodem non simpliciter appellati sint *Prælati*, *sed Prælati Regni Bohemiæ* eodem plane conceptu, quo Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles, *membra* ejusdem *Regni* nuncupantur, quæ non nisi, ut varii commemoratæ Provinciæ secundum ordinem prioritatis, & posteritatis sibi invicem

suc-

ſuccedentes ſtatus inducuntur. Sexto: quod referens idem *Cæſar* ſibi pro confirmando *Friderici Imperatoris Privilegio ſupplicantium ordinum* & cujusvis ſtatus locum ſeu ſtationem affirmat inter Principes perſonaliter nominatos, imprimis Epiſcopos, tanquam omnium Eccleſiaſticorum capita, inter omnes vero Regni ſtatus generaliter relatos aſſerit Prælatos, velut *primum Provinciæ Ordinem*, ſibi præ cæteris ſupplicem de confirmando dicto Privilegio porrexiſſe libellum, dum ait: *Sane ad noſtræ Celſitudinis Venerabilis Archi-Epiſcopus Pragenſis, Olomucenſis &c.* (& paulo poſt) *cæteriqne Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles Regni noſtri Bohemiæ & pertinentiarum ejusdem præſentiam accedentes, nobis humiliter ſupplicarunt.* &c. Septimo: negari non poteſt, quod hæc confirmatio data ſit omnibus Regni ſtatibus, Regno, & pertinentiis ejusdem; ergo facta mentione ſingulorum ſtatuum, quibus primo loco data eſt, ii primum Provinciæ ſtatum præferebant, ſed illi fuere ſoli Prælati, dum de iis primo loco ſermocinatur *Cæſar*, dicens: ipſiusque Regis electionem in caſu & eventu prædictis, & non aliis, præfatis *Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus, & Communitati dicti Regni, & pertinentiarum ejusdem; de noſtræ Regiæ Romanæ plenitudine poteſtatis, ac ex certa ſcientia, damus, concedimus, conferimus, & donamus, dictamque electionem meliori, ſalubriori, & ſaniori quo poteſt, modo fieri, confirmamus, & trasferimus in eosdem*, ergo &c. Ex cujus Imperialis Oraculi tenore exurgit Octavo: quod cum in caſibus expreſſis electio Regis Bohemiæ ad ſolos ſtatus Regni, ac pertinentiarum ejusdem ſpectaſſe dignoſcatur, &

ea

ea a *Carolo* IV. *Imperatore*, primo loco *Prælatis Bohemiæ* attributa ac in eos translata fuerit (ut modo lecta verborum series manifeste ostendit) per necessariam sequelam emergit eos semper statum, & quidem primum in Regno Bohemiæ jure merito extitisse, ac tanto magis, quod idem glorioſissimus Princeps adjungat, ea singula primo loco ad Prælatos rite, juste, & legitime pertinere, ut quasi præscius injusti, & illegitimi in Regno Bohemiæ, ac pertinentiis ejusdem Status Ecclesiastici per hæreses venturi occasus, voluerit eum in perpetuum, & ex certa scientia, ac plenitudine Regiæ Romanæ Majestatis, potestatisque, Imperiali & Legislatorio oraculo suo (saltem de jure, etiamsi injustum factum sit secuturum) primum Regni Bohemiæ statum rite, juste, & legitime ad hunc gradum evectum, publice proclamatum. Sigismundus Caroli filius, etsi multum solicitatus, noluit consentire, *ut Ordo Ecclesiasticus* locum primum dignitatis inter Ordines amitteret, sic enim scribit Epistolam ad Ordines Bohemiæ A. 1417. qui ob Hussum supplicio affectum tumultuabantur, & furebant: denique *de statu Clericorum scimus qualiter tempore* Prædecessorum nostrorum tentum fuerit, quorum vestigiis (volente Domino) etiam nos inhærere volumus; & Ecclesiæ S. Dei adhærere, non advertentes quascunque novas adinventiones. „Verum, quia non sufficit ad probandam aliquam possessionem a solis legibus argumentum petere, sed etiam ostendere, actu possedisse, & in eo aliquod munus gessisse, & exercuisse, age, ostendamus omnibus sæculis ante hæresim, quæ de statu primo Ecclesiasticos dejecit, eosdem munia primaria in Regno, & politica officia obiisse;

&

& quidem Iudiciis præfuiſſe, ut antea probavimus, nunc alia quædam maxima, & publica & provincialia munia adferemus: quis neſcit *Brzetislaum* e *Bohemia* abſentem, & bello *Polonico* impliciſum, *Coſmæ Epiſcopo Regni gubernacula* commiſiſſe. A. 1094. *Borzivojum Ducem* A. 1115. *Hermanno Epiſcopo Urbem Pragam tuendam demandaſſe?* eundem *Epiſcopum Svatopluco Duce occiſo* A. 1119. primum in *Comitiis principalibus* locum inter *Primates Bohemos* cum Fabiano *Arcis Wiſſehradenſis Palatino* obtinuiſſe? quis enim neſciat A. 1190. *Henrico Epiſcopo Pragenſi Conradum Ducem totius Provinciæ Regimen* contuliſſe, & poſtea *Conrado mortuo* eundem Henricum Epiſcopum omnibus ſtatibus locum, & diem comitiorum indixiſſe? nolo omnia, quæ ante in Libro IV. probaveram, hic repetere. *Quid Tobias Epiſcopus Pragenſis?* an non A. 1280. omnium ſtatuum Bohemiæ ſuffragiis electus eſt, ut cum *Theobaldo Regni Iudice Bohemiam* pro *Wenceslao II.* adhuc *minorenne Rege* gubernaret? an non legimus eundem *Pragæ* in domo *Melitenſium Equitum* ſub ponte omnium *Statuum* conventum celebraſſe, eidemque jure merito, loco, voce, directorio, & concluſione præſediſſe? Ioannes Epiſcopus Pragenſis A. 1306. poſt extinctam *Regiam Przemyslai familiam*, an non *omnibus Bohemiæ Ordinibus* in domo propria de *novo Rege* eligendo *Ius Comitiorum* indixit, direxit, & ex votorum collectione eadem concluſit? Neque ſoli *Antiſtites Pragenſes* publica & politica munia geſſerunt. Præpoſiti Wiſſehradenſes jam inde a *Wratislao I. Bohemorum Rege Cancellarii* dignitatem ſibi inhærentem obtinuerunt, quam Carolus IV. Aurea Bulla Eccleſiæ confirmavit.

Generatim Ioannes Rex convocatis Pragam teſte *Hagecio* ad an. 1321 omnibus *Ordinibus Regni* (inter quos primi erant *Eccleſiaſtici*) *Tabulas Regni* inſtitui, aut potius nuper ſub Rege Wenceslao II. inſtitutas renovari curavit, hisce verbis uſus: indicamus unum debere fieri Codicem, in quem utriusque tam Eccleſiaſtici, quam ſecularis ordinis, ſuas civitatum, arcium, reſidentiarum, pagorum, prædiorum ac qualiumcunque poſſeſſionum emptiones & venditiones, ſimilesque contractus ſibi inſcribi faciant, prout tempore Regis Ottogari, & Principis Sobieslai fieri conſuevit, in quo Regiæ orationis tenore, *Ordo Eccleſiaſticus ſtatus Regni Bohemiæ* nuncupatur, & *ſtatui ſeculari* anteponitur. Hæc omnia, quæ ad probationem primi *Ordinis Eccleſiaſtici* faciebant, omiſere hæretici, & ex *Conſtitutionibus Regni* expunxerunt, cum eædem *Conſtitutiones* hæreſi late in Bohemia dominante A. 1564. ſub *Maximiliano II.* denuo imprimerentur. Poſſumus in hanc etiam ſententiam Reges in juramentis, quæ in coronationibus faciebant, adducere: unum adducam *Ladislai Regis* juramentum, quod recitat *Goldaſtus*, factum in Regni finibus: *Nos Ladislaus Dei Gratia electus Bohemiæ Rex, prout ammodo ingredimur hoc ipſum Regnum Bohemiæ, & in id recipimur, ita pollicemur, ac juramus, imprimis Deo, & incolis præfati Regni, quod utrumque Statum, Eccleſiaſticum, ac Secularem, omnesque inhabitatores illius debemus, ac volumus tenere, defendere, tueri, & conſervare, in eorum Iuribus, Libertatibus, Inſtrumentis obligatoriis, ac Privilegiis, conſuetudinibusque &c.* ex quibus verbis vim quaſi Legis habentibus patet: *Ladislaum Regem Prædeceſſorum ſuorum formulæ* jurandi,

Re-

Regno, & ſtatibus Regni exhibitæ inhærentem, utrique ſtatui. & potiſſimum Eccleſiaſtico, in omnibus ſuis Iuribus (quorum primum erat, ut ſtatus cæteros antecedant) ſolemniter juraſſe, eundemque ſtatum ab immemorabili tempore etiam vigore legum ac juramentorum, quæ præſtabant Reges Coronæ Regni, ſemper primum Provinciæ ſtatum extitiſſe. Plura alia adduci in hanc ſententiam poſſent, & a Iuris Canonici peritis, qui hanc quæſtionem examinarunt, & *Ferdinando II. auguſtæ memoriæ Cæſari* ſcripto porrexerunt, recitata ſunt, quibus Imperator ille Religioni Catholicæ, & univerſo *Ordini Eccleſiaſtico* deditiſſimus, permotus, *Eccleſiaſtico Statui in Bohemia in Novellis ſuis primum ordinem in Regno* reſtituit, ut ante dixi: atque ita conficitur omnia illa decreta Regum contra Eccleſiaſticos, quæ ab Hæreticis, aut malis Catholicis fuere ſuggeſta, pro mortuis, & nullis, & irritis haberi debere.

Der geistliche Stand, als der Bischof von Prag und die Aebte der Klöster pflegten allerdings auf den Landtagen, auch in den ältesten Zeiten, besonders unter der Regierung Karls IV., zu erscheinen und ihre Stimmen zu geben, weil sie so, wie andere Böhmische Herren, Gutsbesitzer in Böhmen waren. Aus Achtung für die Religion, und die Priesterwürde, mit der sie bekleidet waren, ließ man sie die erste Stelle besetzen, und auch zuerst reden, waren aber deswegen nicht ein besonderer und von den Herren oder Rittern unterschiedener Landesstand; es war kein status primus Eccles. secundus Dominorum. In dem Verstande und in Rücksicht auf ihren geistlichen und priesterlichen Stand bloß gab man diesem Stande einen Vorzug; wie denn auch aus den Diplomen erhellet, daß sie zuerst und vor den weltlichen Herren stehen, so oft sie mit diesen als Zeugen angeführet werden; alles aus Achtung für die Religion. In diesem Sinne ist Balbins Meinung richtig. — — Aber Ferdinand II. erhob sie erst zu einem von den Herren unterschiedenen Landesstand, gab ihnen vor diesen den Vorrang, so er durch die Landesordnung einführte und sankzionirte. Sie erlangten jetzt durch ein Gesetz das, was ihnen vor diesem die übrigen Stände honoris gratia erzeiget und vergönnet hatten.

Miszellen.

I.

Von der k. böhmischen Landtafel. *)

Vom Ursprunge, Aufkommen und fernern Vorfallenheiten der Landtafel, bis auf gegenwärtige Zeiten.

§. 1.

Eine sichere und vor allemal ausgemachte, zudeme auch durch vielfältige Traditionen und den allgemeinen Anspruch der bewährtesten Autorum Classicorum bestätigte Sache ist es, daß indeme Nezamisl, der fünfte Regent und Herzog in Böhmen *a*) die von seinen herzoglichen Aeltern erbaute Schlösser, Sitze, und Dörfer sammt einem gewissen Landesbezirk unter die so genannte Lopoten, oder Edlen des Landes, (dann diese Lopoten waren zu jener Zeit der vornehmste Adel, und hatte als der Oberste des Landes nach dem Herzog, nicht nur dem gemeinen Manne, sondern auch den Wladyken oder den andern vom Adel zu gebieten;) gegen Leistung einiger Dienste, und mit gewissen Bedingnissen zu ihrer Nutzung Schalt- und Verwaltung eingeräumet, und vertheilet hat; er ein solches auch, mit Einwilligung und Gutheißung des hohen Adels, und der Landesältesten, auf eichenen Tafeln, (allermaßen selbiger Zeiten noch nicht das Pergament oder Papier in Böhmen bekannt und in Gebrauch gewesen) zu ewigem Andenken hat verzeich-

*) Dieser Bericht ist aus einem gedruckten Werkchen entlehnt worden, dessen Titel folgender ist: Kurzer, jedoch gründlich und ausführlicher Bericht vom Ursprung, Aufkommen und Zufällen der preiswürdigsten böhmischen Landtafel, als des kostbarsten Kleinods des höchstberühmten Königreichs Böhmen. Aus verschiedenen bewährten Manuskriptis in ihrem Inhalt und andern gründlichen Urkunden geschöpfet und in Druck gegeben. 1755. 8. (zu Leipzig allem Ansehen nach.) Die zwey ersten Kapitel, nämlich von der Befestigung der Königreiche mittelst heilsamer Gesetze und Verordnungen; und von unverrücklicher Aufrechthaltung alter eingeführter Gesetze, und hergebrachten Anordnungen; sind ausgelassen worden, weil sie bloß Gemeinörter enthielten. Der Verf. scheint Joh. Heinrich Rambosky von Rambofen, k. Rath und Deklamator bey der k. Landtafel zu seyn. Er ist gestorben 4 März 1760. Uibrigens hat man weder im Stil, noch in der Sache selbst Aenderungen gemacht.

a) Hayek. Landtag 752. M. S.

nen und vormerken lassen: *b*) von welchen eichenen Tafeln also die so berühmte böhmische Landtafel ihre Benennung bekommen. Und obgleich

§. 2. Von den weitern Vormerkungen auf besagten eichenen Tafeln, man in den Manuscriptis und Scriptoribus rerum Bohemicarum nichts zu lesen findet: weilen solche Leute von der Landtafel zu schreiben, sich weiß nicht aus was Ursach keine Mühe gegeben haben; ist es jedoch unwiderleglich, daß dergleichen Verzeichnisse und Vormerkungen bis auf die Zeiten des erfundenen Pergaments, und des in Gebrauch kommenden Papiers, ja bis auf die im Jahr eintausend einhundert und fünf und zwanzig angetretene Regierung Sobieslai Primi, Herzogen in Böhmen jederzeit haben richtig beschehen, und in steter Uebung gewesen seyn müssen. Sintemalen dieser sehr fürsichtige Herzog, zu Verwahrung und Aufbehaltung der sich schon allgemach zahlreich vermehrenden Vormerkungen, ein eigenes Haus gewidmet, so mittlerzeit durch Wenceslaum Przemislai Ottogari filium, König in Böhmen im eintausend zweyhundert funfzigsten Jahr prächtig erbauet, und darinn alle bisherige Vormerkungen (nachdeme selbige bevor in Quarto zusammen geheftet, oder gebunden und darum Quatern genennet worden, und solche Benennung nach der Hand bis auf den heutigen Tag beybehalten) sammt andern Rechtsbüchern, und Annalibus zur ewigen Verwahrung sind gesammlet und aufgehoben worden. Es bestimmte obberührter Herzog und König gemeldtes Haus zu einem Gerichtshaus, ließ anbey an den damaligen angesetzten Landrichter ernstlichen Befehl ergehen, bey Verlust des Lebens und Hegung des höhern Landrechts, allen sowohl Reichen, als Armen das Recht wiederfahren zu lassen. Er selbsten erschien öfters dabey, und saß in hoher Person zu Gericht; seinen Kämmerer inzwischen nachdrücklich erinnernd, keinem einzigen, er wäre auch der Aermeste, den Zutritt zu seinem Könige zu verweigern.

§. 3. Nach dieses gerechten Königs zeitlichem Hintritte, und bey denen nachgehends durch die Todesfälle der Könige in Böhmen sich ereignenden öfteren Abänderungen, erhoben sich unter den Einwohnern des Landes manche Verwirrungen und Uneinigkeiten, welche hauptsächlich aus Geiz und Neid entsprossen, da fast keiner sich an seinem Haab

und

b) Welesl. Politia Hist. Lib. 2 Cap. 8.

und Gut begnügte, sondern jedermann nach fremden Vermögen sich gelüsten ließ, und ganz keine Scheu hatte, auswärtigen Reichthum auch ungerechter Weise an sich zu bringen, bis die Einsicht einer so wichtigen Sache, und die Besorgung eines größern Unheils den zur Zeit rühmlich herrschenden König Johann, Kaisers Henrici Sohn, bewogen, die Insassen des Landes von dergleichen Unbilligkeiten abzuhalten, und dagegen selbige zur Liebe, Ruhe, Frieden und Einigkeit zu bringen. Zu welchem Ende er im Jahre eintausend dreyhundert und ein und zwanzig, die Herren, und die Ritterschaft zu sich forderte, und selbigen nach einer weitläuftigern Bezeugung seiner königlichen Gnade, Gunst und Liebe, mit der er sowohl ihnen, als auch allen übrigen Einwohnern des Königreichs Böhmen, als seinen lieben getreuen Unterthanen, jederzeit zugethan wäre, zugleich vortrug:

Wienach er des ernstlichen Willens sey, um den gegenwärtigen Uneinigkeiten ein Ende zu machen, und inskünftige vorzubeugen, damit alle Verträge, Handlungen, Kauf und Verkaufe, die in der Menschen Gedächtniß nicht beybehalten werden können, wie nicht minder alle Briefe und Siegeln, an denen was gelegen, und leicht verrückt werden könnten; ferner alle, sowohl geistlich- als weltliche Güter, Schlösser, Sitze, Dörfer, Höfe, und alle andere Güter, in die eingerichtete Bücher vorgemerkt, und eingeschrieben würden, gleichwie solches allbereits unter den heydnischen Herzogen Nezamisl, dann auch unter Sobieslav, Ottogaro und Wenceslao, Herzogen und Königen in Böhmen, zu größtem Nutzen des Landes, üblich und gebräuchlich gewesen; diesem weisesten von einer väterlichen Obsorge ihres Herrn kommenden Vortrag konnten die Herren des Landes und die sämmtliche Ritterschaft nicht anders als loben; willigten also einhellig darein. Und ware sogleich ein neues Buch errichtet, anbey auch Amtleute benennet, deren einzige Pflicht und Schuldigkeit seyn sollte, sothanes Buch auf und zuzumachen, darein zu schreiben, jedermann, wenn es die Nothdurft erfoderte, darinn lesen zu lassen, welches Buch dann einem von dem höhern Adel überantwortet, und unter seiner Obsicht in gedachtem Hause aufzubehalten befohlen worden, welches schon vorlängst, (wie oben erwähnet) für die Landtafel von Sobieslav, Herzogen in Böhmen, gewidmet, vom Könige Wenceslao aber nachmals herrlich erbauet, auch zugleich zu einem Gerichts-

richtshause von demselben erkieset ward, und in der alten oder größern Stadt Prag c), nahe an dem Kloster Clementis, gegen der Kapelle oder Kirche unser lieben Frauen ad Cunas, sonsten auch ad Lacum, oder ob der Lacken, an eben dem Orte gestanden hat, wo nunmehro die neuerbauete Schule der Patrum Societatis Jesu zu sehen ist; und also die glorreiche Regierung des preiswürdigsten Königs Johannis gewesen, unter welcher die niemals genugsam gerühmte böhmische Landtafel emporgekommen; nämlich ungeachtet dergleichen Vormerkungen, und besagter Weise auf eichenen Tafeln geschehene Verzeichnissen schon von Herzogs Nezamisli Zeiten mit großer Ehrerbietigkeit, und Behutsamkeit verwahrt worden sind, und in der Landessprach Decky oder Dessky geheißen haben, ist es dennoch von gemelten Königs Joannis löblicher Regierung an, weit ordentlicher als sonsten mit den obenwähnten Landesbüchern hergegangen. Sie auch forthin die Titel von den eichenen Tafeln Decky Zemske oder Landtafel beybehalten. Und als sie mit Jahren durch die Anzahl sothaner Bücher merklich angewachsen, hat es den obersten Aemtern beliebet, und für gut angesehen: selbige besserer Unterscheidung halben, nach dem Zunamen seiner Amtleute zu nennen, unter deren tragender Obsorge und Landtaflichen Amtsverwesung ein dergleichen neues Buch, zugewachsen, als zum Exempel in der ersten, zweyten, dritten Landtafel des Wentzel Rabenhaubt, des Wentzel von Chwogencze, des Hinconis Krabicze von Weithmühl, und so weiter, bis auf Kaiser und Königs Ferdinandi primi Zeiten.

§. 4. Die Art und Weise betreffend, auf welche die Vormerkungen und Einverleibungen in die besagte im Jahre eintausend dreyhundert ein und zwanzig rechtens zu Stand gebrachte Landtafel zu geschehen pflegten, ist leicht abzunehmen, theils aus den Urkunden, so nach der im Jahre eintausend fünfhundert ein und vierzig leider vorgefallenen erbärmlichen Feuersbrunst, in welcher die Landtafel daraufgegangen, zu einer neuen Vormerkung sammt andern dienlichen Instrumenten sind beygebracht worden; theils auch aus den bey dem königlichen Lehnrecht im Königreich Böhmen von den vorherigen Zeiten sich annoch wirklich befindenden Quatern oder Büchern, welche den Landtaflichen stets gleich gehalten worden, auch in der Uebung ganz gleichförmig waren. Aus diesen rechnet man ab,

c) MS. Ma. Stransky.

ab, daß zu selbigen Zeiten hierinnfalls alles persönlich vor- und in Gegenwart der verordneten Amtleute und zwar meistens in lateinischer Sprache vor sich gegangen und vorgemerket worden sey. Die fernere Wahrscheinlichkeit und Zuverläßlichkeit läßt sich aus dem im Jahre eintausend vierhundert, fünf und neunzig am Freytag in den Fastenquatembers *d*) Zeiten, gehaltenen allgemeinen Landtag ermessen; da mit Genehmhaltung des Königs Wladislai unter andern sonderlich dieses beschlossen, und durch zwey Relatores, nämlich Heinrich Herrn von Neuhaus obersten Landkämmerer, und obersten Landrichter, Panta Herrn von Riesenburg und Schwichau, dasselbe der Landtafel kund gemacht werden, daß in Zukunft alle Einlagen, Kauf und Verkaufe, Verschreibungen, so genannte Dahonen, Puchonen, Beschickungen, Anklagen und so weiter, in der böhmischen Sprach verfasset, und der Landtafel einverleibet, folglich auch ein solches auf ewige Zeiten also beobachtet; dahingegen Sr. Majestät, und andere dergleichen Briefe, es mögen diese in der böhmischen, lateinischen, oder teutschen Sprach verfasset seyn, also der Landtafel eingeschrieben werden sollen; dieses bestättigte Kaiser und König Maximilianus secundus, welches jedoch hinwiederum durch die verneuerte Landesordnung, anerwogen das Land dazumalen mit vielen Ausländischen, insonderheit Teutschen besetzet, und denselben vergönnet worden, sich einzukaufen, und zubegütern, dahin abgeändert und dagegen gesetzet und verordnet worden *e*), daß einem jedweden frey stünde, seine Kauf und Verkaufe letztwillige Disposiciones, und alles andere, in was Sprachen unter diesen beyden, als der teutschen und böhmischen es ihme gefällig, der Landtafel vormerken und einverleiben zu lassen, so auch bis diese Stund in Gebrauch und Uebung verbleibet.

§. 5. Daß aber die Landtafel, unter welchem Namen die Bücher oder Quatern verstanden werden, in obbemeldetem Gerichtshause der dermaligen Alten Stadt Prag a temporibus Sobieslai primi, Herzogen in Böhmen, bis ad tempora Wenceslai, Kaisers und Königs in Böhmen, aufbehalten, und unter der Obsicht eines höhern von Adel verwahret worden, ist eine ganz sichere und unläugbare Sache; alldieweil er nicht ohne Ursache, und in der Einsicht, deren in wenigen Jahren darauf entstandenen innerli-

d) Landtag 1495. Lan. Ord. Fer. I. H. 19. Maxim. F. 7.
e) Lan. Ord. Ferd. 2. I. 6.

chen Landesunruhen, Religionskriegen und Empörungen im Jahre eintausend dreyhundert acht und siebenzig bey jdem nach dem Sonntage Hieronymi gehegten Landrecht zu Recht erkannt wurde *f*). Wann jemand in dem Hause oder Vorhofe des obersten Landschreibers sein Schwerdt, Messer, oder aber ein anderes Gewehr entblößete oder ausziehen sollte, um jemanden zu schlagen oder zu verletzen, demselben seine rechte Hand abgehauen, so er aber jemanden blutrüstig machen würde, er enthauptet werden sollte: aus welchem abzunehmen, daß schon damals die Landtafel unter der Bewahrung und Obsicht des obersten Landschreibers, der in dem Gerichtshause wohnete, gewesen sey, welches Gesetz sowohl durch die Landesordnung Kaisers und Königs Ferdinandi primi, als auch Ferdinandi secundi bestätiget, und eben in diesem Verstande und Inhalte, mit dem Zusatze: oder an dem Orte, wo die Landtafel befindlich, in diese Landesordnung eingezogen worden *g*).

§. 6. Als besagte und vorgesehene innerliche Unruhen schon unter dem Kaiser und Könige Wenceslao ihren Anfang nahmen, und sodann je länger je mehr sich vermehreten, und über des Königs Wladislai Zeiten dauerten, unter welcher Zeit die Geistlichkeit verfolget, die Klöster geplündert, zerstöret, unter den Einwohnern Uneinigkeiten erwecket, und sehr viel unbilliges verübet worden, wurde die Landtafel unter sothanen Unordnungen auf obbemeldetem Gerichtshause beholben, bald auf das von dem Kaiser und König Karl zur Verwahrung derer Kronregalien und Landesprivilegien erbauete Schloß Karlstein, bald von dannen auf die Kronherrschaft Virglitz *h*), in das daselbstige Schloß dieses Namens, samt den Kronregalien und Privilegien, bald anderwärts hin übertragen, doch jederzeit unter der Obsicht und Bewahrung eines höhern von Adel, und wurde annoch vor des Wladislai, Königs in Böhmen, zeitlichem Hintritt in den damaligen Landesunruhen der Landtafelbewahrer Burianus Trtschka von der Leipa, angesetzet *i*). Endlich wurde die Landtafel in den Königshof in der königl. Alten Stadt Prag, in welchem die Könige ihren Sitz hatten, eingebracht, da bewahret, und die Einverschreibungen allborten in dieselbe verrichtet. Im Jahre eintausend fünfhundert

f) M. S. Da. Weles. Calen. p. 517.
g) L. O. Ferd. 1. T. 40. Ferd. 2. J. 1.
h) Cuthenus M. S.
i) Welesl. Cal. pag. 631. M. Stransky.

hundert und zwölfe, wurde abermalen auf Befehl Königs Wladislai, und mit Einwilligung der Stände des Landes, nämlich des Herrn- und Ritterstands, diese Landtafel aus dem königlichen Hofe, in welchem selbe viele Jahr beybehalten, und verwahret worden, auf das Prager, ehehin als die Könige in Böhmen da residireten, so genannte des heiligen Wenzeslai Schloß *k)* übertragen, und dieses wegen der damaligen Frechheit und Muthwilligkeit der pragerischen Gemeinden, wodurch auch verschiedene Beschwerden, zwischen den Prager Städten und Ständen hervorkamen, also zwar, daß sogar der König bemüßiget wurde, selbsten mit den Landesgerichten, und der Landtafel, seinen Sitz zu verlassen, und sich aus der Stadt, und so weiter in Ungarn zu begeben, von welcher Zeit an kein König weder Königinn mehr selbigen Hof wohnlich bezogen.

§. 7. Nach dem im Jahre eintausend fünfhundert sechszehn erfolgten Tode des Königs Wladislai, als der im Jahre eintausend fünfhundert und neune in Gegenwart seines königlichen Vaters gekrönte *l)*, kaum noch vierthalbjährige böhmische Thronfolger König Ludovicus im Jahre eintausend fünfhundert zwey und zwanzig in Prag ankam, nahm er in dem darauf folgenden eintausend fünfhundert drey und zwanzigsten Jahre die Landtafel in seine Gewalt, hob *m)* alle Landesämter auf, entließ sowohl die Herren, als die Ritter ihrer Eidespflichten, und befahl die Landtafel sammt den Amtsregistern in dem Gewölbe, in welchem sie sich verwahrt befanden, zu verpetschieren: unter denen ihrer Landesämtern entsetzten, waren auch der Jaroslaus von Schellenberg, oberster Landkämmerer, und Ladislaus Berschkonsky von Schebwan, oberster Landsschreiber. Dann bey der Landtafel Niklas Brykuar von Bryggstein, Vizelandkämmerer, und Wenzel Rabenhaubt Vizelandschreiber. Wohingegen zu einem Verwalter und Regierer des ganzen Landes Karl, Herzog zu Münsterberg in Schlesien, verordnet worden, welcher nämlich dieser so unverhofften Abänderung und Aufhebung hauptsächliche Ursache gewesen seyn mag; worauf verschiedene Misverständnisse zwischen den Ständen erreget worden. In eben diesem fünfhundert

drey

k) Hayek. Cuthenus pag. 309. Welesl. Calen. pag. 299.
l) Georg. Zavieta ad A. 1516.
m) Landtag 1523. Weles. Cal. pag. 82.

drey und zwanzigsten Jahre *n*), kurz nach der Aufhebung der Landesämter erneuerte hinwiederum der König Ludovicus dieselben; und außer zweyen Schreibern bey der Landtafel conferirte er selbige denjenigen, welche weder darum angehalten, noch auf selbige gedacht hatten. Es dauerte aber dieses nicht länger als nur gegen zwey Jahre *o*), dann im Jahre eintausend fünfhundert fünf und zwanzig, am Freytage nach Mariä Lichtmeß, wurden durch schriftliche Verordnung Königs Ludovici, die Landesämter verändert, und den vormaligen in Anno 1523. mit Gewalt abgesetzten obersten Landesoffiziren *p*) sowohl, als auch den Amtleuten hinwiederum eingeräumet; solchergestalt kam die Landtafel in den vorherigen guten Stand und Ordnung. Wonebst annoch dieses zu erwehnen vorkommt; welchergestalt, nachdem die Landtafel auf vorbesagtem Königshof und Sitz in das Prager Schloß und den hierzu gewidmeten Ort übertragen worden, sogleich auch dem obersten Landschreiber ein Haus an dem jungfräulichen königlichen Stift und Kloster Ord. St. Benedicti bey St. Georgii zur Bewohnung eingeräumet und zugeeignet worden sey, in welchem der oberste Landschreiber bis auf das Jahr eintausend sechshundert vier und vierzig wohnete, nach diesem aber mit Bewilligung der Stände zur Erweiterung dieses Klosters an dasselbe abgetreten; dahingegen fünf tausend Schock meißnisch *q*) dem damaligen obersten Landschreiber und seinem Amtsfolger zum Genuße oder zu Erkaufung eines andern Hauses auf besagtem Prager Schloß zu übergeben und zu bezahlen bewilliget worden.

§. 8. Nach dem unverhofften und frühzeitigen Hintritte des Königs Ludovici hat der mittelst des erblichen Successionsrechts seiner Gemahlinn Königinn Anna, Königs Ludovici Schwester, und Königs Wladislai Tochter *), von den Landständen zur Regierung angenommene König Ferdinandus, unangesehen derselbe mit dem damaligen Woywoden in Siebenbürgen, und sodann mit dem türkischen Kaiser Soliman in einen Krieg verwickelt war, dennoch ihm das gemeine Wesen in Böhmen auf das sorgfältigste angelegen

n) M.S.

o) Hist. Prag. Weles. pag. 123.

p) Landtag 1525. Hayek. M. S.

q) Landtag 1644.

*) Ferd. I. Revers. 1545. Privil. Wladisl. 1510.

